# THEODOSIANI

## LIBRI XVI

## CVM CONSTITVTIONIBVS SIRMONDIANIS

ET

## LEGES NOVELLAE AD THEODOSIANVM PERTINENTES

CONSILIO ET AVCTORITATE ACADEMIAE LITTERARVM
REGIAE BORVSSICAE

EDIDERVNT

TH. MOMMSEN ET PAVLVS M. MEYER

ACCEDVNT TABVLAE SEX

VOLVMINIS I PARS POSTERIOR

---

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCCV

# THEODOSIANI

## LIBRI XVI

## CVM CONSTITVTIONIBVS SIRMONDIANIS

EDIDIT

ADSVMPTO APPARATV P. KRVEGERI

TH. MOMMSEN

VOLVMINIS I PARS POSTERIOR

TEXTVS CVM APPARATV

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCCV

# CONSPECTVS PARTIS POSTERIORIS

pag.
GESTA SENATVS ROMANI DE THEODOSIANO PVBLICANDO . . . 1
THEODOSIANI TITVLI . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 5
THEODOSIANI LIBRI XVI . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 27
CONSTITVTIONES SIRMONDIANAE . . . . . . . . . . . . . . . . 907

*

# LIBER VNDECIMVS.

## I [= BREV. I]. DE ANNONA ET TRIBVTIS.

annonae *N* et tributis (tributus *V* [tributis *em. m. 3,* tributibus *m. rec.*]) *om. O* — *Iust.* 10, 16.

I, 1, 1 (315 Iun. 17 [360 Ian. 18]).

IMP. CONSTANTINVS A. AD PROCLIANVM. Praeter privatas res nostras et ecclesias catholicas et domum clarissimae memoriae Eusebii exconsule et exmag(is)tro equitum et peditum et Arsacis regis Armeniorum nemo ex nostra iussione praecipuis emolumentis familiaris iuvetur substantiae. Datianus enim v(ir) c(larissimus) patricius, qui hanc olim gratiam fuerat consecutus, auferri sibi id cum tanta instantia depoposcit, cum quanta alii poscere consuerunt. Ideoque || omnes pensitare debebunt quae ˹manu nostra˺ delegationibus adscribuntur, nihil amplius exigendi. Nam si qui vicarius aut rector provinciae aliquid iam cuiquam crediderit remittendum, quod aliis remiserit de propriis dare facultatibus conpelletur. DAT. XV KAL. IVL. CONSTANTINOP(OLI) CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

|| *inc.* IVST.
˹manus nostrae˺ IVST.

*V.* — IVST. 10, 16, 4.

1 *Constantii esse inde apparet, quod qui nominantur tres viri Eusebius (consul opinor a. 347 et pater cum Eusebiae uxoris Constantii tum Eusebii et Hypatii consulum a. 359) et Arsaces rex Armeniorum (maritus is fuit Olympiadis sponsae aliquando Constantis) et Datianus patricius (consul a. 358; egit de eo Sievers Liban.* p. 218*) omnes floruerunt per Constantii tempora extrema* 8 quis *Iust.* 9 aliis] *V Iust. (Havn.),* alii *Iust. (KOI)* 10 *de subscriptione dixi ad 4, 13, 4*

I, 1, 2 (315 [313] Nov. 1).

IDEM A. AD AELIANVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). Possessores cum satisfecerint publicae conlationi, cautiones suas ad tabularios publicos deferant, ut eas tabularii sive sexagenarii periculi sui memores suscipiant a conlatoribus, ipsas species quae debentur ex horreis suis ad civitates singulas per menses singulos perlaturis, ne inlatio tributorum ex solis apochis falsis vel imaginariis cognoscatur. ET CETERA. DAT. KAL. NOV. TREV(IRIS) CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

*V*

2/3 sexaginarii *V* 5 apocis *V* 5/6 *propter subscriptionem vide ad 1, 12, 1*

I, 1, 3 (336 Oct. 9).

IDEM A. GREGORIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Manu propria iudices universi periculo suo annonarias species et cetera, quae indictione penduntur, definitis quantitatibus et conprehensis modis facta adscribtione designent. Cuius observantiae illa erit commoditas, ut post successionem quoque eorum facile requiratur, an exactores ultra quam oportuit de fortunis provincialium aliquid exculpere voluerunt. DAT. VII ID. OCTOB. NEPOTIANO ET FACVNDO CONSS.

*V*

XI, 1, 4 (337 Dec. 6).

IMP. CONSTANTIVS A. Si quis ab enfyteuticariis seu patrimoniali possessore privati iuris quippiam comparaverit, cuius substantia alias possessiones sustentare consueverat, et succisis quasi quarundam virium nervis ⌈reliqua lababuntur, earum possessionum onera subiturus est, quae penes distractores inutiles permanebunt. DAT. VIII ID. DECEMB. THESSAL(ONICAE) FELICIANO ET TITIANO CONSS.

*V.* — IVST. 11, 59, 2.

1 imp. constantius] idem (*praecedit* constantinus) *Iust.* enfytheuticariis *V*, emphyteuticario *Iust.* 3 reliqua] *Iust.*, reliquam *V* lababuntur] *V*, labuntur *Iust.* 4 paenes *V* 4/5 thessali *V*

XI, 1, 5 (339 Febr. 3).

IDEM A. AD VRANIVM. Omnes omnino ad oblationem ⌈pecuniarum⌉ oportet urgueri. Lege enim nostra signatum est nec esse extraordinaria nec vocari, quae ⌈specialiter⌉ a provincialibus devotissimis conferenda sunt. DAT. III NON. FEB. CONSTANTIO A. II ET CONSTANTE CONSS.

| IVST. |
|---|
| ⌈functionum publicarum⌉ |
| ⌈sollemniter⌉ |

*V.* — IVST. 10, 16, 5.

1 Uranium] *mag. incertus* 2 singnatum *V*

XI, 1, 6, (354 Mai. 22).

IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. ORDINI CAESENATIVM. Vinum, quod ad cellarii usus ministrari solet, cuncti Italiae possessores iuxta statutum Constantii fratris mei comparent. Quod ut fieri facilius possit, ab omnibus Italis nostris conferatur pecuniae quantitas ea, quam Rufini viri clarissimi et inlustris praefecti praetorio parentis amicique nostri moderatio dandam esse censuerat. DAT. XI KAL. IVN. MED(IOLANO) CONSTANTIO VII ET CONSTANTE III AA. CONSS.

*V*

1 idem *(Constantius)* a. *iuncta* 12, 1, 42 *recte* caesinatium *V* 2 Constantis *Gothofredus* 5/6 dat. xi k. iun. med. constantio (constantino *iuncta*) a. *(om. haec)* uii et constante (constantio *iuncta*) iii caes. (iii aa *haec; requiritur* caes. iii) *libri: intellegitur omnino a. 354, quod item convenit iis quae traduntur de Rufino*

XI, 1, 7 (361 Mai. 3).

IDEM AA. AD SENATVM. Conpertum est pro colonis profugis ad exsolvenda vos fiscalia conveniri. Iubemus igitur, si nihil ex eorundem terris senatorum quemquam possidere constiterit, ut nulla cuiquam pensitandi pro his qui aufugerint necessitas inponatur. DAT. V NON. MAI. TAVRO ET FLORENTIO CONSS.

*V*

1 *requiritur* idem A.

XI, 1, 8 (364 Iun. 8).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Nemini aurum pro speciebus urbis Romae liceat exigere de futuro. DAT. ID. IVN. NAISSI DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

*V*

2 id.] *scr.* ui id. *propter iunctas*

1, 9 (365 Mart. 6).

IDEM AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Tabulariorum fraudes se resecasse per suburbicarias regiones vir clarissimus Anatolius consularis missa relatione testatus est, quod pabula, quae hactenus ex eorum voluntate atque arbitrio ad mutationes mansionesque singulas animalibus cursui publico deputatis repente atque inprovise solebant convehi, nunc in consilio ratione tractata pro longinquitate vel molestia itineris ab unoquoque oppido certo ac denuntiato tempore devehi ordinavit. Quod iubemus, ut etiam per omnes Italiae regiones pari ratione servetur. DAT. PRID. NON. MAR. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

*V*

1/2 reecasse *V*[a] 7/8 *Treviros Valentinianus videtur pervenisse postquam praefecturam deposuit Mamertinus, itaque aut in inscriptione erratum esse aut in loco*

1, 10 (365 Mai. 17).

IDEM AA. AD DRACONTIVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Omnes, qui per Africam opulentas desertasve centurias possident, ad integrum professionis modum necessitati publicae satisfaciant. DAT. XVI KAL. IVN. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

*V*

1, 11 (365 Mai. 17).

IDEM AA. AD DRACONTIVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Pro ⌜loco⌝ ac proximitate possessionum ⌜annona ad limitem transvehatur⌝. || Quae iussio haut difficile capit effectum, si tabularii metu praesentium tormentorum a consuetis fraudibus arceantur. DAT. XV KAL. IVL. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

| IVST. | |
|---|---|
| ⌜locis⌝ | ⌜annonam ad l. transvehi praecipimus⌝ |
| ||*fin.* | |

*V.* — IVST. 10, 16, 6.

5 xu k. iul.] *scr.* xui k. iun. *ad iunctam*

1, 12 (365 Iul. 31).

IDEM AA. AD FAVENTIVM VIC(ARIVM) ITAL(IAE). Quisquis ex desertis agris veluti vagos servos liberalitate nostra fuerit consecutus, pro fiscalibus pensitationibus ad integram ⌜glebae⌝ professionem, ex qua videlicet servi videantur manere, habeatur obnoxius. Id etiam circa eos observari volumus, qui ex huiusmodi fundis servos ad possessiones suas transire permiserint. || Etiam si militares viri aliquos ex his penes se retentant, conveniendi primitus sunt, ut aut restituant quos perperam petiverunt, aut sciant pro tributis obnoxios se futuros. DAT. PRID. KAL. AVG. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

⌜terrae⌝ IVST.

||*fin.* IVST.

*V.* — IVST. 11, 48, 3.

3 uidentur *ante* man. *Iust.* manere] *V Iust.*, manare *Gothofredus* 6 paenes *V*

1, 13 (365 Oct. 18).

IDEM AA. AD DRACONTIVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Placuit per singulos quosque annos reliqua eorum, qui Romae consistentes in Africa possident, missis brevibus indicari eosdemque conpelli, ut procuratores instructos ad officium tuae sinceritatis pro celebranda solutione transmittant. Ut autem nihil de transmissione ac pervectione obscuritatis

oriatur, tabularios praefecti annonae Afric(ae), sed et urb(is) Romae ad officium, quod sollertiae tuae paret, deduci praecipimus, conlaturos aput acta, quid transmissum, quid pervectum sit. Cuius rei indicia manere et perferri ad scrinia nostra debebunt, eo nihilo minus curando, ut plena instructio ad officium inlustris praefecturae praetorianae deferatur. DAT. XV KAL. NOV. PARISIS; ACC. XV KAL. FEB. KARTHAG(INE) POST CONS. VAL(ENTINI)ANI ET VALENTIS AA.

*V*

2 *fortasse* prolaturos

XI, 1, 14 (366 [372 vel 374?] Mai. 1).

IDEM AA. AD MODESTVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. ⌈Penes quos fundorum dominia sunt, pro his colonis originalibus, quos in locis isdem ⌜censos⌝ esse constabit, vel per se vel per actores proprios recepta conpulsionis sollicitudine implenda munia functionis agnoscant. Sane quibus terrarum erit quantulacumque possessio, qui in suis conscribti locis proprio nomine libris censualibus detinentur, ab huius praecepti communione discernimus; eos enim convenit propriae commissos mediocritati annonarias functiones sub solito exactore cognoscere. DAT. KAL. MAI. CONSTANTINOP(OLI) GR(ATI)ANO A. ET DAGALAIFO CONSS.

⌈Ii IVST.

⌜censitos⌝

*V.* — IVST. 11, 48, 4.

1 paenes *V* 2 hisdem *V* 6 communione] *V*² *Iust.*, commonitione *V*¹ 7 cognoscere] *V* *Iust.*, *fortasse scr.* agnoscere 8 *Modestus cum a. demum 370 (Sozomenus hist. eccl. 6, 18) praefecturam suscepisse videatur, praeterea Gratianus a. 366 non fuerit Augustus, pro consule Dagalaifo credibile est substituendum esse aut Probum (a. 372) aut Equitium (a. 374)*

XI, 1, 15 [= BREV. XI, 1, 1] (366 Mai. 19).

IDEM AA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Unusquisque annonarias species pro modo capitationis et sortium praebiturus per quaternos menses anni curriculo distributo tribus vicibus summam conlationis implebit. Si vero quisque uno tempore omnia sua debita optat expendere, proprio in adcelerandis necessitatibus suis utatur arbitrio. DAT. XIIII KAL. IVN. REMIS GR(ATI)ANO ET DAGALAIFO CONSS.

INTERPRETATIO. Ista lex hoc praecipit, ut in inferendo publicis horreis tritico, quod debetur, possessor pro rata canonis sui tribus inlationibus, id est quaternis mensibus singulas debitorum partes adceleret, ut per annum summa debiti canonis inpleatur. Erit autem in ipsius arbitrio, si celerius potuerit debita frumenta convehere.

*V.* — BREV. (*HNGO[om. int.]ECPMLS*).

1 idem] impp. ualent̄ et ualens *Brev. plerique*, impp. ualens et ualent̄ *C*, impp. ualent ualens grat *O* aā ad (a *L*) probum (probo *L*) ppō (pfu *G*, ppm̄ *NE*) *om. O* 2 modo capitationis (captationis *O*)] modica peticioni (-ne *G*ᵇ) *G* et sortium] seu sorcium (sorte *G*ᵛ) *G*ᵗ, exordium *H* praebiturus] *G*ᵇ *Pith. coniectura*, praebituris *V brev.* (praebitoris *M*, praebitores *N*) curricula *L*, circulo *GEC Pith.* 2/3 distributo tribus] distributoribus *H*ᵃ*E* 3 tr. uic. *post* conl. *O* summa *N* colonationis *S* inpleuit *HNCPM* quisque] *V* (*sic, non* quisquam) *et reliqui*, quisquam *O* uno (unus *PM*) temp. *post* 4 debita *O* 4 opta *N*ᵃ, cupit *O* in *om. H*ᵃ adcelebrandis *G* suo *Pith.* (*inde Cui. 1586*) 4/5 dat. xiiii (*sic VE*, xuii *HNGCPM*, xui *S*, uii *O*) k. iun. (ianr̄ *S*) remis (rom̄ *N*) grat. (a *ins. VE*) et dagalaifo (dagaleifo *N*, dagalahifo *H*, dagaleufio *G*) *libri: neque (ut errore dixi obstare ad 1, 29, 1) obstat, quod teste Ammiano Probus praefectus praetorio factus est a. 368; id enim spectat ad praefecturam maiorem Italiae, ante quam constat ex titulo Veronensi C. I. L. V, 3344 Probum administravisse praefecturas duas, alteram Illyrici, alteram Galliarum* 6 sta *H* praecepit *NECL* in *om. C* 6/7 debet *edd.* 7 suis *H*, suo *Pith.*, capitorum suorum *G* 8 accelerent *G*ᵇ, accederent *G*ᵃ ut] et *N* canones *G* inpleat *H*, inpleantur *G* 9 frumenti *N* conplere *H*

**1, 16** (367 Oct. 25).

IDEM AA. AD DRACONTIVM. Provinciales nostri tributa fiscalia per anni curriculum tripertita satisfactione restituant. DAT. VIII KAL. NOV. NICOMEDIAE POST CONS. GR(ATI)ANI A. ET DAGALAIFI.

*V*

1 *scilicet vicarium Africae* 2 conss. *V: locus corruptus est, nam ad vicarium Africae non potuit scribi ab imperatore Orientis, denique Valens eo tempore fuit Marcianopoli*

---

**1, 17** [= BREV. XI, 1, 2] (371 Iul. 12).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD CRESCENTEM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Heredes scribti etiam pro minus idoneis fundis fiscale onus cogantur agnoscere, vel si renuntiandum hereditati putent, cedant his omnibus rebus, quas ex isdem bonis quocumque titulo et iure perceperint. DAT. IIII ID. IVL. CONTIONACI GR(ATI)ANO A. II ET PROBO CONSS.

**INTERPRETATIO.** **Ii, qui heredes testamento scripti sunt, hereditariorum agrorum onus, id est tributum cogentur agnoscere. Quod si hereditatem sibi damnosam credunt, cedant his omnibus rebus, quae eis de hac ipsa hereditate poterant provenire.**

*V.* — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS)*. — IVST. 11, 59, 4.

1 imppp. ualent. ualens et grat.] idem *O* criscente *L* uic(arium)] ūc *HGL*, uirum clarum *S* 2 scribti] disscripti *G* etiam] e. si *HG* fundus *E* cogatur *NL* agnoscere] exsoluere *O* 3 renuntiant dum *S* putent] poteni *N*, putant *O* cedent *C* isdem] hisdem *V et reliqui*, hisde *C*, iisdem *O*, eisdem *G*, his *H* 3/4 quaecumque *G* 4 iure et titulo *H* dat. iiii id. iul. contionaci (concionaci *N*, concionati *CS*, cotionaci *O*, concionaco *G*, constantio *E*) gratiano (gratus $G^a$, grato $G^b$) a. *(om. G)* ii *(om. G)* et probo *libri* 5 hii *NGEL*, hi *HCPMS* conscripti *G* 6 coegentur *G*, cogetur *E* si *om. L* editatem *G* 7 potuerunt *H*, poterunt *edd.* peruenire *GE*

---

**1, 18** (381 Dec. [?] 26).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD POPVLVM. Quisquis possessor aut maximae dignitatis aut infimae annonae urbis aeternae annuam pensitationem solvendo moram dilationis adtulerit, eius anni atque indictionis exordio, quae novum denuo annonae commeatibus poscit obsequium, duplum protinus et iam gravi coactus incommodo restituere cogatur; aut si forte non profecerit etiam geminati debiti in adceleranda solutione correctio, quadrupli, deinceps etiam proprii dilapidatione patrimonii, vestrae liberorumque vestrorum alimoniae profuturi ingratus et degener civis exsolvat. DAT. VII KAL. IAN. AQVIL(EIAE) SYAGRIO ET EVCHERIO CONSS.

*V*

2 infimae] *Vrec.*, infirmae *V* 6 *fortasse scr.* dilapidationem, *modo liceat* dilapidationem patrimonii exsolvere *accipere pro* subire proscriptionem 7 profuturi] $V^2$, profuturus $V^1$

---

**1, 19** (384 Ian. 31).

IDEM AAA. POST ALIA: Id, quod in titulis debitis sub praestatione confertur auraria, non aliter nisi scientibus defensoribus detur, quo sub eorum conscientia, sicut et ante praeceptum est, solvantur debita securitatesque reddantur, custodita sanctione emissae primitus legis, quo apocharum vel securitatum, quae restituentur, digesta signatio, cum a susceptoribus dabitur, et formam indictionis teneat et manifestationem eius quae fuerit exacta praestationis ostendat. DAT. PRID. KAL. FEB. BERYTO RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

*V*

4 apocharum] *sic V* 6 dat.] *immo* p̅p̅, *ut est in iuncta* 11, 15, 2 byritho *V*

XI, 1, 20 (385 Sept. 24).

IDEM AAA. AD PRINCIPIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. In fraudem annonariae rei ac devotionis publicae elicitum damnabili ⌜obreptione⌝ rescribtum manifestum est vires non posse sortiri. Circa omnes igitur par atque aequalis inlationis forma ⌜teneatur⌝. DAT. VIII KAL. OCTOB. AQVIL(EIAE) ARCAD(IO) A. I ET BAVTONE CONSS.

⌜subreptione⌝ IVST.
⌜teneat⌝ IVST.

*V.* — GEMINA 1, 2, 9. — IVST. 10, 16, 7.

XI, 1, 21 (385 Dec. 23).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nemo possessorum ad instruendas mansiones vel conferendas species ⌜excepta limitaneorum annona⌝ longius delegetur, sed omnis itineris ac necessitatis habita ratione ⌜. DAT. X KAL. IAN. CONSTANTINOP(OLI) ARCAD(IO) A. I ET BAVTONE CONSS.

IVST.
⌜exc. l. a.⌝ *om.*
⌜ delegentur

*V.* — IVST. 10, 16, 8.

4 sed] *malim* et omnis] *V Iust. (X)*, omnes *Iust. (KOI)* 5 et] et et *V*

XI, 1, 22 (386 Sept. 3).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Mediterraneae civitates antea maritimis et maritimae mediterraneis onerabantur expensis, ut plus haberet dispendii translatio quam devotionis inlatio. Hoc non solum in praesens, verum etiam in posterum prohibemus ea lege, ut se ultimo noverint supplicio puniendos, qui ista commiserint. DAT. III NON. SEP. VALENTIAE HONOR(IO) NB. P. ET EVODIO CONSS.

*V.* IVST. 10, 16, 9.

2/3 translatio devotionis quam inlatio *malim* 4/5 *propter subscriptionem vide ad 8, 5, 49*

XI, 1, 23 (393 Iun. 19).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Amatina praestationis adiectio, quam citra priscam consuetudinem provincialium umeris Tatianus imposuit, a cunctis penitus salubri moderatione removenda est. DAT. PRID. ID. IVN. CONSTANTINOP(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

*V.*

[illegible] 3 iiii] iiii *V*

XI, 1, 24 (395 Dec. 21).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. ENNOIO SVO SAL(VTEM). Textrinis vel gynaeceis ex more a corporatis Karthaginis species solitas praestari cognovimus, sed inmodica pro isdem reddi pretia. Quod in dispendium nolumus fieri corporatorum, atque ideo sublimitas tua pretiorum modum statuat. DAT. XII KAL. IAN. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

*V.*

1 Ennoio] *procos. Africae* *fortasse* a textrinis [illegible] modica] modica *Gothofredus* 3 hisdem *V*
u. g. ex more corporatis gynecaeis *V* 2 in- [illegible]

XI, 1, 25 (398 . . .).

IDEM AA. MINERVIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Obsistere commodis publicis et statutis necessitatibus non possunt privilegia dignitatum. Unde ut quisque praedii emo-

lumenta consequitur, si non ⌈ evoluto anni spatio intra sex menses omnem, cui esse constrictus dicitur, reliquorum intulerit cumulum, ad ipsos, qui sunt domini praedii, exactionem volumus pertinere. P(RO)P(OSITA) IN PROGRAMMATE VARI VIRI CLARISSIMI VICARII VRB(IS) ROM(AE) HONOR(IO) A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

⌈ is IVST

*V.* — IVST. 10, 16, 10.

---

1, 26 (399 Iun. 19).

IDEM AA. VINCENTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O GALL(IARVM). Omni amoto privilegio beneficiorum possessores sublimitas tua praecipiet universos muneribus adstringi, earum scilicet provinciarum, ex quibus orta querimonia est aut in quibus haec retinendae plebis ratio adscribtioque servatur. Nullum gratia relevet, nullum iniquae partitionis vexet incommodum, sed pari omnes sorte teneantur; ita tamen, ut, si ad alterius personam transferatur praedium, cui certus plebis numerus fuerit adscribtus, venditi onera novellus possessor compellatur agnoscere, cum plebem constet non tam in omnibus praediis adscribendam neque auferendam ab eo, cui semel posthac deputata fuerit. ET CETERA. DAT. XIII KAL. IVL. MED(IOLANO) THEODORO V. C. CONS.

*V*

3 quaerimonia *V* 7 in omnibus] hominibus quam *Gothofredus* 8 *malim* posthac cui semel

---

1, 27 (400 [405] Nov. 13).

IDEM AA. SALVINO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Opulentos, quos annua solutione debitas inferre convenerat pensiones, cum eo, quod resedit in debitum, quadruplum iubemus inferre. Ii vero, quos forte mediocritas a contumaciae huius excusat invidia, simplam debiti summam omni maturitate redhibere cogantur. Quos tamen oportuerat pro media saltem praeceptionis condemnatione retineri, qui ad solvenda rei nostrae debita extiterunt. DAT. ID. NOV. RAV(ENNAE) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

*V*

2 *fortasse* cum eo, quod resedit, indebitum quadruplum 3 hii *V* 5 qui] *V*, *scr.* quia lenti *similiterve* 6 extiterunt] restiterunt | *Pithoeus (inde Cuiacius 1586) propter annum vide ad 2, 8, 24*

---

1, 28 (400 Dec. 31).

IDEM AA. POMPEIANO PROCONS(VLI) AFRIC(AE). Veterani terras censibus obligatas, ut cognovimus, vindicarunt, pro quibus tributum solvere dedignantur. Quoscumque igitur insertas censibus terras tenere fuerit deprehensum, ilico ad solvenda tributa conpelli praecipimus. DAT. PRID. KAL. IAN. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

*V*

---

1, 29 (401 Mart. 31).

IDEM AA. PROVINCIALIBVS PROVINCIAE PROCONSVLARIS. Perpensa cura statuimus, ut non amplius vobis aliquid extra ordinem indicetur, quam rei annonariae necessitas ac devotio postularit. Si quid vero de eodem modo diversarum specierum potuerit redundare, futurae iussimus inlationi proficere, scilicet ut in locis propriis conlata frumenta possessor ..... dependat ut vicenis solidis, qui in praeteritum pro equis curatoriciis petebantur,

1 *eodem exemplo edicta emissa esse apparet ad provinciales Numidiae et Byzacii et Tripolitanae* | 2 rei] ei *V*[1] 5 *ante* dependat *hiatum indicavi*

duo solidi detrahantur, ita ut proconsularis . . . . . . Numidiae cognoscant octonos et denos solidos pro singulis equis debere persolvere, Byzaceni etiam Tripolitanique cognoscant quinos denos pro singulis equis se debere praestare, sportularum autem nomine, quae comiti sacri stabuli praestabantur, nihil penitus inferendum. DAT. PRID. KAL. APRIL. MED(IOLANO) VINCENTIO ET FRAVITO CONSS.

*V*

1 duo] *scr.* bini *post* proconsularis *hiatum indicavi; exciderunt* se prouinciae possessor, | item *similiave* 4 paenitus *V*

XI, 1, 30 (406 Sept. 4).

IMPPP. ARCAD(IVS), HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. SAPIDIANO VIC(ARIO) AFRIC(AE). Super mutando canone a quolibet impetrata rescribta vacuentur et si qui deinceps ausus fuerit quae prohibemus postulare, in duplum teneatur obnoxius. Nam cum in privatis causis quae contra leges fuerint elicita, cassentur, rectius in publicis negotiis quae adversum vetera decreta extorta fuerint, submovemus. DAT. PRID. NON. SEPTEMB. ALTINIO ARCAD(IO) A. VI ET PROBO CONSS.

*V*

2 qui] *Gothofredus*, quid *V* 4 fuerit *V*[a]

XI, 1, 31 (412 Ian. 31).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. SELEVCO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Possessor Africanus pro destitutis possessionibus cogitur tributa dependere. Quod ne accidat, ‖ hac definitione sancimus nullum possessorem neque munificum praedium pro alienis debitis vel destitutione esse ⌜detinendum⌝ neque eorum praediorum depectione praegravari, quae ex isdem bonis, quae ⌜retinent⌝, nequaquam esse monstrantur, ne ullis praestigiis atque commentis exactio mutiletur. ‖ Electos igitur inspectores iam nunc censuimus esse mittendos, ut eorum relatione, integro canoni et inlibatae pensitationi sollemni quatenus provideri debeat, aestimetur. DAT. PRID. KAL. FEB. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

IVST.
‖ *inc.*
⌜retinendum⌝
⌜retinentur⌝
‖ *fin.*

*V.* — IVST. 11, 59, 12.

1 seleucho *V* 2 cogetur *V*[1] 5 depectione] *V Iust. (K*[b]*)*, despeccione *Iust. (OI*[t]*)*, defectione | *Cuiacius* hisdem *V* 6 esse] *V*[2] *Iust., om. V*[1] 8 pensitatione *V* 10 uiiii] uiii *V*

XI, 1, 32 (412 Febr. 29).

IDEM AA. EVCHARIO PROCONS(VLI) AFRIC(AE). Inlationem omnem auri vel argenti a possessoribus in Karthaginiensi urbe poscendam esse decernimus, in qua opportunitas est, si depraedator fraudium pareat, iudicis adeundi, ne cui sit facultas apochas abnegari, cum devotio cognitori potuerit aperiri, scilicet remotis omnibus, qui ad exactionem provincialium exquisita lucra captare festinant. DAT. PRID. KAL. MAR. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

*V*

2 oportunitas *V* 3 fraudium quid paret *Gothofredus* 3/4 abnegare *Beck* 4 aperiri | *om. V*[1] 6 theodosio] thed. *V*

XI, 1, 33 (424 Oct. 10).

IMP. THEOD(OSIVS) A. ISIDORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ILLYRICI. Id ab unaquaque provincia censuimus expetendum, quod ab isdem nuper esse promissum tua sublimitas in-

2 hisdem *V*

dicavit. Ut vero nullus de cetero ad possessiones eorum, quod maxime reformidant, inspector accedat, Macedonum reliqui exemplum secuti mediae quantitatis, ut obtulisse noscuntur, tributa suscipiant. Sed Achivi, qui protestati sunt nihil a se ultra tertiam partem posse conferri, illud exsolvant, ad quod se indubitanter fore idoneos pollicentur. Quae dispositio in perpetuum ⸢observanda⸣ || initio indictionis octavae congruum sumere debebit exordium. || Sacrosancta Thessalonicensis ecclesia civitatis ⸢excepta, ita tamen, ut⸣ aperte sciat, propriae tantummodo capitationis modum beneficio mei numinis sublevandum nec externorum gravamine tributorum rem publicam ecclesiastici nominis abusione laedendam. DAT. VI ID. OCTOB. CONSTANTINOP(OLI) VICTORE V̄. C̄. CONS.

IVST. 10, 16, 12 ⸢observabitur⸣ | || *fin.* || IVST. 1, 2, 8. 10, 16, 12 ⸢excepta .. ut⸣ *om.* 1, 2, 8

*V.* — IVST. 1, 2, 8. 10, 16, 12.

1 nullus uero *Iust.* formidant *Iust.* 2 machedonum *V* 4 conferri] *Iust.*, conferre *V* | 6 initio indictionis octauae] *id est a. 424 Sept. 1*

1, 34 (429 Febr. 25).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. CELERI SVO SAL(VTEM). Numquam dissimulatione iudicum pro conpulsore aut opinatore Africanus possessor mittatur in praedam, sed quattuor mensum ab edicti publicati die indutiis datis aurum a possessore Capitolio studio spontaneae devotionis sancimus inferri: ultra id tempus si tarditas adferatur, tunc militi debiti postulati delegandam esse rationem. Quae pietatem nostram viri spectabilis Bubulci comitis et legati decernere coegit eloquium. DAT. V KAL. MAR. POST CONS. FELICIS ET TAVRI.

*V*

1 Celeri] *proconsuli Africae* 1/2 diss. iud. pro] *scripsi*, pro diss. iud. *V* 3 aurim *V** | 6 bubulci] *Pithoeus et Gothofredus ad 12, 1, 186*, bubuli *V* pos conss. *V*

1, 35 (429 Febr. 14).

IDEM AA. VOLVSIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Ne provinciales, ad quorum utilitates spectat omnis haec nostra provisio, a devotione revocet nimia securitas et solvendi voluntas cesset necessitate submota, ea, quae nostro aerario pensitantur, hac ratione dissolvent, ut omni modo, antequam elabatur indictio, annua tributa gratus beneficiis nostris possessor exsolvat. Si quis vero solutionem voluerit in tempora longiora differre, hunc provinciae rector omni exactionis acerbitate conpellat. ET CETERA. DAT. XVI KAL. MART. RAV(ENNAE) POST CONS. FELICIS ET TAVRI.

*V*

3 cesset necessitate] *Gothofredus*, cessent necessitates *V* 6 aceruitate *V* xui k.] *cum* | *sequatur* u. k. mart., *suspecta lectio* 7 pos cons. *V*

1, 36 (431 Apr. 29).

IDEM AA. FLAVIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Excepto patrimonio pietatis nostrae, cuius quidem reditus necessitatibus publicis frequentissime deputamus, universos possessores functiones in ⸢canonicis et⸣ superindicticiis titulis absque ullius beneficii exceptione agnoscere oportere censemus. || Igitur tua sublimitas pragmatici nostri statuta custodiens indifferenter cunctum

⸢ ⸣ *om.* IVST. || *fin.* IVST.

3 functionis *V* 4 beficii *V*

possessorem obnoxium videlicet publicae functioni ad subeunda designatione distributa conpellet. DAT. III KAL. MAI. RAV(ENNAE) BASSO ET ANTIOCHO CONSS.

*V.* — IVST. 11, 75, 5.

1 ristributa $V^1$

---

XI, 1, 37 (436 Aug. 28).

IDEM AA. DARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Praeteritis, utcumque impetrata sunt, in suo statu manentibus, quoniam munificentiam principalem nefas est revocari, in posterum excepto Cyro reverentissimo Afrodisiensium civitatis episcopo, cuius tanta sunt merita, ut etiam contra generalem huiusmodi sanctionem speciali beneficio perfrui non vetetur, quicumque per adnotationem nostram in auro voluerit tributa dependere, communicata aestimatione quinquennii, sterilitatis ac fecunditatis pro foro rerum venalium habita ratione, ex eadem summa, quae eiusdem quinquennii perpensis frugibus colligitur, partem quintam pro annis singulis solvere conpellantur. DAT. V KAL. SEPTEMB. APAMEAE ISIDORO ET SENATORE CONSS.

*V*

6 quinquennii] quiuerit $V^1$ 8 septenb. *V*

## II. TRIBVTA IN IPSIS SPECIEBVS INFERRI.

XI, 2, 1 (365 Aug. 12).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Scias inhibitam esse apochandi licentiam, ita ut ne ex praesenti aut futuro vel praeterito sub hoc titulo nummus a provincialibus postuletur. P(RO)P(OSITA) PRID. ID. AVG. VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

*V*

2 apocandi *V* praesente $V^1$

---

XI, 2, 2 (365 Oct. [?] 23).

IDEM AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Commoda cogitantes urbis aeternae vini speciem ita provinciales statuimus conportare, ut apochandi praesumptione damnata
1 vina Romam portentur. In tantumque populi usibus profutura provisionis nostrae emolumenta porreximus, ut etiam pretio laxamenta tribuantur. Sanximus quippe, ut per vini singulas qualitates detracta quarta pretiorum, quae habentur in foro rerum venalium, eadem species a mercantibus conparetur. DAT. X KAL. NOV. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

*V*

2 apocandi *V* 3 uisibus $V^1$ 5 praetiorum *V* habentur] *Beck*, habetur *V*

---

XI, 2, 3 (377 Sept. 17).

IMPPP. VALENS, GR(ATI)ANVS ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. AD PROBIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Vinum, quod sollemnis expressio popularibus commodis ex provincialium collectione de-

2 expressio] *expectes* expectatio collectione] collatione *quidam apud Gothofredum*

siderat, ilico suscipiatur advectum, ut erogationis pro tempore cura praestetur et ea vina populi usibus erogentur, quae natura sua processum temporis ferre non possunt. Quod peraeque in omni vino, quod ex urbicaria regione confertur, observandum esse censemus. DAT. XV KAL. OCTOB. TREV(IRIS) GR(ATI)ANO A. IIII ET MEROBAVD(E) CONSS.

*V*

1 et ea] *Gothofredus*, ut ea *V*   2 processu *V*   4 xv] xiiii *errore Haenel*

---

, 2, 4 (384 Ian. 31).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. Earum rerum, quae in praebitionibus canonicis vel debitis ex more poscuntur, non sunt pretia specierum, sed ipsae quae postulantur species inferendae, scilicet ut, quod maximum est et unde omnis solet querella procedere, in annonario quoque titulo species annonarias solvant neque sub taxationibus pretiorum dispendiosis occasionibus adquiescant. Nam et accipientem et dantem inlicitae transactionis reatus involvet. ET CETERA. DAT. PRID. KAL. FEB. BERYTO RICHOMERE ET CLEARCHO CONSVLIBVS.

*V*

4 quaerella *V*   6 dat.] *immo* pp *ut est in iuncta* 11, 15, 2   byritho *V*

---

, 2, 5 (389 [?] Dec. 18).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ne quis pro speciebus annonariis pecunias existimet inferendas, scientibus cunctis, quod si quis contra hanc serenitatis nostrae legem captiosum aliquid putaverit perpetrandum, securitatibus hoc modo editis eos esse carituros. DAT. XV KAL. IAN. CONSTANTINOP(OLI) TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

*V*

2 quod *delendum*   4/5 *in subscriptione erratum est (vide ad 8, 4, 17)*

## III [= BREV. II]. SINE CENSV VEL RELIQVIS FVNDVM CONPARARI NON POSSE.

censum *P¹MLS*   uel rel. *om. O*   fundum conparari *(sic V² HGE Iust. [plerique]*, conparare *V¹NCP¹MLS Iust. [CMᵃ])*, non posse] non comparari fundum *O* — *Iust.* 4, 47.

, 3, 1 (319 Iul. 1).

IMP. CONSTANTINVS A. AD ANTONIVM MARCELLINVM PRAESIDEM PROVINCIAE LVGDVNENSIS PRIMAE. Rei annonariae emolumenta tractantes, || ut cognosceremus, quanta reliqua per singulas quasque provincias et per quae nomina ex huiusmodi pensitationibus resedissent ||, cognovimus hanc esse causam maxime reliquorum, quod nonnulli captantes aliquorum momentarias necessitates sub hac condicione fundos ⌜opimos⌝ conparent ⌜et electos⌝, ut nec reliqua eorum fisco inferant et immunes eos possideant. Ideoque placuit, ut, si quem constiterit huiusmodi habuisse contractum atque ⌜hoc genere⌝ possessionem esse mercatum, tam pro solidis censibus fundi

IVST.
|| *fin.*
|| *redit*
⌜ ⌝ *om.*
⌜ ⌝ *om.*
⌜hac lege⌝

6 captantes] *Iust.*, captati *V*   7 momentarias] *Iust.*, nomen momentarias *V*   8 comparant | *Iust.*   10 onstiterit *Vᵃ*   11 solidis] *V Iust.*, solitis *edd.*

conparati quam pro reliquis universis eiusdem possessionis obnoxius teneatur. DAT. KAL. IVL. AGRIPPINAE CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS.

*V.* — IVST. 4, 47, 2.

1/2 *subscr. nulla Iust.* 2 agrippinae] *scr.* Aquileiae *secundum* 12, 1, 6

XI, 3, 2 (327 Febr. 27).

IDEM A. ACACIO COM(ITI) MACEDONIAE. Mancipia adscribta censibus intra provinciae terminos distrahantur et qui emptione dominium nancti fuerint, inspiciendum sibi esse cognoscant. Id quod in possessione quoque servari rationis est: sublatis pactionibus eorundem onera ac pensitationes publicae ad eorum sollicitudinem spectent, ad quorum dominium possessiones eaedem migraverunt. DAT. III KAL. MART. THESSAL(ONICAE) CONSTANTIO ET MAXIMO CONSS.

*V*

2 inspiciendum] inspiciendum censum *Gothofredus* 5 thessal̄l *V*

XI, 3, 3 [= BREV. XI, 2, 1] (363 Febr. 16).

IMP. IVLIANVS A. AD SECVNDVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Omnes pro his agris quos possident publicas pensitationes agnoscant nec pactionibus contrariis adiuventur, si venditor aut donator aput se conlationis sarcinam pactione inlicita voluerit retinere, etsi necdum translata sit professio censualis, sed aput priorem fundi dominum forte permaneat, dissimulantibus ipsis, ut non possidentes pro possidentibus exigantur. DAT. XIIII KAL. MART. ANTIOCHIAE IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS.

INTERPRETATIO. Fundum nullus audeat conparare, sed omnes pro his agris, qui ad eos quoquo modo pervenerint, publici canonis inpleant functiones. Nec de solutione tributi cuicumque liberum sit pacisci, sed sive donetur ager sive vendatur, factus dominus integra rei tributa suscipiat.

*V.* — BREV. *(HNGOECPMLS)*. — IVST. 4, 47, 3.

1 imp.] id̄ ā *V* ā *om. O* ad] at $V^{a}$ pp̄o] pfu *G*, ppm̄ *N*, *om. H* 2 pensationes *HGE*, pensiones *OL* nec] et nec *G* 2/3 uenditae aut donatae *PMLS* 3 se] hec *H*, se ipse *GE* conlocationis *E* sarcina *HPMS* paccionem *N*, pactionis *G*, captionis *E*, actione *PML* inlicitam *NGE* uoluerint *H* 4 professio] profectio $V^{a}$ censuales *NPM* sed] sed sit $G^{b}$ priore *L*, priores *G* fundi *om. O* dominium *V* forte] si forte *G* 4/5 permaneant *G* 5 possidentes] possidentis *H* 5/6 dat. xiiii (xiii *G*, iiii *E*) k. mart. ant. iuliano (iulian̄o *[sic] V*) a. *(om. GOE)* iiii *(om. G)* et sallustio (salustio *V*, psallustio *PM*) *libri* 7 fundum] sine tributis fundum *E* audiat *L* 8 publice $G^{v}$, publica *S* canonis] canones $G^{t}E$, uel canon uel canonum (uel can. *postea add.*) $G^{v}$, non his *S* ne *CPMS* de solutione] dissolutione *E* 8/9 cuicumque] cuiquam *E* 9 donetor *N*, donatur *H* ager siue uendatur (emetur *O*)] siue uend. ag. *E* integrae *E* rei *om. O*

XI, 3, 4 (363 Febr. 27).

IDEM A. EDICTVM. POST ALIA: Dominum, qui fructus capit, tributa exigi iustum est. DAT. III KAL. MAR. IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS.

*V*

XI, 3, 5 [= BREV. XI, 2, 2] (391 Sept. 17).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quisquis alienae rei quoquo modo dominium consequitur, statim pro ea parte, qua pos-

1 aaa *om. O* 2 rei] re *N* quoque modo *post* dom. *H* dominum *HN* quam *NE*

velut canonem cogantur inferre, et ne qua sit dubietas, hac aperta definitione decernimus, ut id potius canonis vocabulo postuletur. Nulla igitur domus vel sacri patrimonii vel enfyteutici iuris vel hominum privatorum, etiamsi privilegium aliquod habere doceantur, ab hac necessitate seiuncta sit, quae iam non extraordinarium, ut hactenus, sed ipsis facientibus canonicum nomen accepit. DAT. VII ID. IAN. RAV(ENNAE) THEOD(OSIO) A. VII ET PALLADIO CONSS.

*V.* — IVST. 10, 17, 1.

1 et] ut *Iust.* 3 enfytheutici *V* 4 sit] *Iust.*, sint *V* 5 facientibus] *V Iust.*, *fortasse* fatentibus

XI, 5, 3 (436 Iun. 4).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. ISIDORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cum omnis hoc Aegyptiaci tractus possessoribus conducibile videatur, ut ante kal. Mai. praedelegatio manifestetur in locis, ne per ignorantiam conlatores ad anni prioris exemplum ante delegationem missam ea cogantur exsolvere, quae postmodum indebita missa delegatione forsitan provocavit eventus; scriniariis videlicet sedis excelsae modis omnibus ordinata salubriter impleturis, ita ut Augustaliani officii et cohortalis et defensoris discrimine in locis celeberrimis per dimenstruum tempus ad omnium perveniat notionem. DAT. PRID. NON. IVN. CONSTANTINOP(OLI) ISIDORO ET SENATORE CONSS.

*V*

2 ut *delet Beck* 3 *scr.* (*ad v. 6/7*) in locis celeberrimis 5 *malim* probabit 7 dismenstrum *V*

XI, 5, 4 (436 Aug. 28).

IDEM AA. DARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Particulari delegationum notitia ante indictionis exordium singulis transmissa provinciis conlationis modum a possessoribus multo ante prospectum devotioni solitae, non subitis calumniis tua sublimitas faciat imputari, ut et provincialibus subeundi dispendia necessitas auferatur et officiis ingerendi damna licentia denegetur. DAT. V KAL. SEPTEMB. APAMEAE ISIDORO ET SENATORE CONSS.

*V.* — IVST. 10, 17, 2.

1/2 indictionis .... 2 prouinciis] *V*[2] *Iust.*, *om.* *V*[1] 3 deuotioni] *Iust.* (*X et Graeci*), deuotionis *V Iust.* (*plerique*) 4 ut] *om.* *V*[1] dispendii *Iust.* 5 apamiae *V*

## VI [= BREV. III]. DE SVPERINDICTO.

*Iust.* 10, 18.

XI, 6, 1 [= BREV. XI, 3, 1] (382 Mai. [?] 26).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD PROCONSVLES, VICARIOS OMNESQVE RECTORES. Nihil superindictorum nomine ad solas praefecturae litteras quisquam provincialis exsolvat neque ullius omnino indictionis titulis etiam sollemnis immineat,

1 ualent] ualens *G* aaa *om.* *O* proconsules] prucu *S*, proculum *Pith.*, *om.* *L* uicarios] ui cor *C*, uicos *PM*, uicarium *G*, uirum clarum consulem *S*, uic cursu *Pith.*, *om.* *L* 1/2 omnes qui *N* 2 rectores] auctores *G*[t] quisqua *L* 3 prouinciales *NECL* ullius] ullus *et* illius *Pith.* omnino *om.* *H* indictio *S* titulis] *VHE Pith. Iust.* (*KO*), titulus *O Iust.* (*I*), tutilis *N*, tituli *GCPMLS* sollemnis] sollemnes *CPM*, sublimes *G*[v]: *scr.* sollemni quis immineat] immineant *G*, *post* 585, 1 nexa *L*

nisi eum nostro confirmata iudicio et imperialibus nexa praeceptis sedis amplissimae deposcat indictio et cogat exactio. DAT. VII KAL. IVN. MED(IOLANO) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

INTERPRETATIO. Haec lex hoc praecipit, ut nullum per rectores provinciae superindictum provincialibus inponatur, nisi forte ex hac re processisse praeceptio dominica conprohetur. Tunc enim id, quod superindictum est, aut peti aut exigi poterit, quando a rerum domino cognoscitur constitutum.

---

*V.* — BREV. *(HNGO[om. int.]EXCPMLS)*. — IVST. 10, 18, 1.

1 eum] eo *G*, cum *N*, ea *S* confirmato *HGE*, confirmata sit *S* nixa *H* sedis] *VOEP*$^2$ *MS*, sed his *NGCP*$^1$*L*, sed ipsam *H* 1/2 deposcat] deposcatur *G*, agnoscat *H* 2 cogatur *G* dat. uii *(sic VE*, xuii *HNOCP MS*, xu *G)* k. iun. med. *(om. E)* ant. et syagrio *libri* 3 hoc praecipit (praecepit *NEXCL*)] pr. hoc *G* nullus *HS* per] pro *G*, preter *H* rectoris *H*, rectorem *NE*. rectore *G*$^b$ 4 prouincialibus . . . 5 superindictum *om. X* ex *(om. H*$^a$*)* hac (ha *G*) re] per exactore *E* precessisse *H*, quod processisse *N* 5 quod] quos *S* petita *L* a rerum] harum *XCPM*$^a$*S* domino *om. XCPMS* noscitur *XCPMS*

## VII [= BREV. IIII]. DE EXACTIONIBVS.

de actionibus *O.* — *Iust.* 10, 19: de exactionibus tributorum.

, 7, 1 (315 [immo 313] Nov. 1).

IMP. CONSTANTINVS A. AD AELIANVM P(RO)C(ONSVLEM) AFRIC(AE). POST ALIA: Ducenarii et centenarii sive sexagenarii non prius debent aliquem ex debitoribus convenire, quam a tabulario civitatis nominatim breves accipiant debitorum. Quam quidem exactionem sine omni fieri concussione oportet || ita ut, si quis in iudicio questus, [|| *fin.* IVST.] quod indebite exactus est vel aliquam inquietudinem sustinuit, hoc ipsum probare potuerit, severa in exactores sententia proferatur. DAT. KAL. NOV. TREV(IRIS) CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

---

*V.* — IVST. 10, 19, 1.

1 proconsulem] proc. *Iust. (O)*. p. u. *V* 4 quaestus *V* 5 indebitae *V*$^a$ 6/7 *propter* *subscriptionem vide ad 1, 12, 1*

---

, 7, 2 (319 Nov. 20).

IDEM A. AD PACATIANVM VIC(ARIVM) BRITTANIARVM. Unusquisque decurio pro ea portione conveniatur, in qua vel ipse vel colonus vel tributarius eius convenitur et colligit; neque omnino pro alio decurione vel territorio conveniatur. Id enim prohibitum esse manifestum est et observandum deinceps, quo iuxta hanc nostram provisionem nullus pro alio patiatur iniuriam. DAT. XII KAL. DECEMB. CONSTANTINO A. ET LICINIO C. CONSS.

---

*V*

2 conuenitur et colligit] *expectes talia:* qui conuenitur colligit. 5 a.] *scr.* a. u *secundum* *ordinem constitutionum*

---

, 7, 3 (320 Febr. 1 [Ian. 31]).

IDEM A. AD POPVLVM. Nemo carcerem plumbatarumque verbera aut pondera aliaque ab insolentia iudicum repperta supplicia in debitorum solutionibus vel a perversis vel ab iratis iudicibus expavescat. Carcer poenalium, carcer hominum noxiorum est officialium et cum denotatione eorum iudicum, quorum de officio cohercitiores esse debebunt,

---

1 plumbatorumque *Iust.* 3/4 off. et cum den.] *V Iust.*, *scr.* cum den. off. et 4 coercitiores] *scripsi*, coherciti citatiores *V*, coherciones *Iust.* *(O*$^t$*I*$^b$*)*, certiores *Iust.* *(K*$^b$*O*$^v$*)*, uel certiores cohertionis *Iust.* *(K*$^a$*)*

qui contra hanc legem admiserint. Securi iuxta ⌜eam⌝ transeant solutores: vel certe, si quis tam alienus ab humano sensu est, ut hac indulgentia ad contumaciam abutatur, contineatur aperta et libera et in usus hominum ⌜constituta⌝ custodia militari. Si in obdurata nequitia permanebit, ad res eius omnemque substantiam cives eius accedant, solutionis obsequio cum substantiae proprietate suscepto. Qua facultate praebita omnes fore credimus proniores ad solvenda ea, quae ad nostri usus exercitus pro communi salute poscuntur. DAT. KAL. FEB. CONSTANTINO A. VI ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

⌜praesidem⌝ IVST.

⌜instituta⌝ IVST.

*V.* — IVST. 10, 19, 2.

1 eam *delendum* 4 usum *Iust.* militaris *V* 5/6 cives eius accedant] *V cum Iust. (Graec.)*, eius exactor accedat *Iust. (Lat.)* 7 quae] que *V* 8 kal. feb.] prid. kal. feb. iunctus constantio caes. *V: requiritur* constantino caes.

XI, 7, 4 [= BREV. XI, 4, 1] (327 Mai. 18).

IDEM A. AD AFROS. Quoniam subclamatione vestra merito postulastis, ne qua his, qui praestationes fiscales differunt, reliquorum laxitas proveniret, specialiter praecipimus observari, ut ‖ res eorum, qui fiscalibus debitis per contumaciam satisfacere differunt, distrahantur, conparatoribus data firmitate perpetua possidendi. ET CETERA. DAT. XV KAL. IVN. SERDICAE CONSTANTIO ET MAXIMO CONSS.

‖ *inc.* IVST.

INTERPRETATIO. Quicumque agrorum suorum tributa inplere contemnent, agri eius, qui tributa sua contemnet exsolvere, ab exactore vendantur et qui conparaverint, firmo iure hoc ordine empta possideant.

*VT [incipit 3 .. is pe ...].* — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 10, 21, 1.

1 idem] imp. constantinus *Brev.* ā *om. H* afrum *S*, fros *L* subclamatione (-nem *G*)] sub damnatione *C* uestram *G* postulatis *E*ᵇ*CPMS*, postulantes *G* qua (quam *N*, que *HL*) his] qua pro his *O*, *om. G* 2 praestationis *N*, sub prestacionem *G* deferunt *HNS*, differant *G*ᵇ reliquorum *om. O* laxtas *H*, labitas *PMLS* prouenerit *HES*, prouenire *G* praecepimus *NEL* 3 obseruare *H* 4 defferunt *N*, defecerunt *S* 5 dat. xu k. iun. (iul. *N*) serdicae (serdicie *N*, siricae *G*¹) constantio *(sic VGCPMS*, constantino *H*, constantio aug. *O*, constantino aug. *N*, constpl *E*, con..... *T)* et *(om. E)* max. *libri* 6 contempnit *GL*, contemnunt *HES* 7 contempnit *NGECLS* et *om. H* conparant *S* firmo] *HNGEC*, firmissimo *PMLS* 8 possideat *M*

XI, 7, 5 (345 Mai. 12).

IMP. CONSTANTIVS A. NEMESIANO V(IRO) P(ERFECTISSIMO) COM(ITI) LARG(ITIONVM). Quotiens quis et privati debitor invenitur et fisci, et abreptus ab uno officio teneatur, ad universi debiti solutionem qui eum abstulit coartetur ac totius summae exactionem in se suscipiat, qui eundem avellendum ⌜abstrahendumque⌝ crediderit. DAT. IIII ID. MAI. NITZIBI AMANTIO ET ALBINO CONSS.

⌜subtrahendumque⌝ IVST

*VT.* — IVST. 10, 19, 3.

1 .... āā *T* ūp com̄ larḡ] *V*, ūp comiti larḡ (?) *T* 2 fisci et] *T*, fisci *V Iust.* abreptus] *Iust.*, abrept(?)u(?)s(?) *T*, arreptus *V* officio *aut collocandum ante* ab uno *aut delendum* 3 cohartetur *VT* ac] hac *T* se] *V*, sese *T* 5 nitzibi] *V*, nizibi *V*rec., *deficit T*

XI, 7, 6 (349 Mart. 8).

IDEM A. AD EVSTATHIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. POST ALIA: Actores ceterique rei privatae nostrae ad solutionem specierum sollemnium debiti vigoris auctoritate cogantur, ne provinciales rei privatae nostrae fatiget immunitas. DAT. VIII ID. MART., P(RO)P(OSITA) ROM(AE) LIMENIO ET CATVLLINO CONSS.

*VT.* — IVST. 10, 19, 4.

4 catulino *T*

1, 7, 7 (353 [346?] Dec. 6).

IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. BIBVLENIO RESTITVTO PRAESIDI SARDINIAE. Provinciales pro debitis plumbi verbera vel custodiam carceris minime sustinere oportet, cum hos cruciatus non insontibus, sed noxiis constitutos esse noscatur, || satis ˹vero˺ sit debitorem ⌈ ad solvendi necessitatem capione pignorum conveniri. DAT. VIII ID. DEC. THESSAL(ONICAE) CONSTANTIO VI ET CONSTANTE III AA. CONSS.

IVST.
|| *inc.* | ˹ ˺ *om.* | ⌈ annonarum

*VT.* — IVST. 10, 21, 2.

1 impp. c. et c. aa.] idem a. (*praecedit* imp. Constantinus A.) *Iust.*; *subscriptioni traditae convenit* imp. Constantius A. 2 ueru(?)era *T* 3 cruciatus . . . . constitutos] cruciato(?)s(?) *T* 5 thessall *V*, thess̄ *T*. — *Constantius cum per a. 352—354 non fuerit Thessalonicae, duo quoque Augusti his annis non fuerint, probabiliter Gothofredus reposuit* Constantio IIII et Constante III, *monens praeterea diem locumque eosdem subscriptos esse legi 11, 1, 4 relatae ad a. 337*

1, 7, 8 (355 Sept. 2).

IDEM AA. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Exactiones provinciarum, quas rectores aut praefecti annonae aut rationales per Africam sustinent, a maioribus iudicibus usurpari non debent, sed ab his solis impleri, quibus cura exactionis imminet. DAT. IIII NON. SEPT. DINVMMAE, ACC. PRID. ID. NOV. KARTHAG(INE) ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS.

*VT (multa deficiunt).*

1 *requiritur* imp. Constantius A. 1/2 rectores . . . . annonae] *V*, r(?)e(?)c(?)t(?)***a(?)r(?)u(?) . . . . . . *T* 4 dinummae] *VT*, *locus ignotus est quaerendus in Raetia, quoniam aestate a. 355 eo expeditionem fecit Constantius*

1, 7, 9 (364 Mai. 13).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD DRACONTIVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Ducenarios ab exactione provincialium secundum constitutionem sacrae memoriae Constantii probabilis sinceritas tua iubebit arceri. DAT. III ID. MAI. HADRIANOP(OLI), ACC. VIII KAL. OCTOB. KARTHAG(INE) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

*VT*

1 africae *om. T*

7, 10 (368? 370? 373? Apr. 21).

IDEM AA. AD FLORIANVM CONS(VLAREM) VENETIAE. Die solis, qui dudum faustus habetur, neminem Christianum ab exactoribus volumus conveniri; contra eos, qui id facere ausi sunt, hoc nostri statuti interdicto periculum sancientes. DAT. XI KAL. MAI. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO ET VAL(ENTE) AA. CONSS.

*VT.* — GEMINA 8, 8, 1.

3 statut *T* interdicto] *gem.*, inter***** *T*, *om. V* treu.] *V*, triu. *T*

7, 11 (365 Mai. 25).

IDEM AA. AD FLORIANVM COM(ITEM) R(ERVM) P(RIVATARVM). Omnes provinciis praesidentes iussimus conveniri, ut a rei nostrae conventione cessarent, ne principales necessitates in publicum proferentes eadem, qua hactenus, in colonos iniquitate saevirent. Illud etiam moderationi adiecimus, ut tripertita esset inlatio fiscalium pensionum. Sinceritas tua

3 qua] *V*, quae *T* 4 esse *V*[1]

rationales procuratoresque commoneat, ut, quidquid pro iugatione vel capitatione deposcitur, certantibus studiis devotionis exsolvant. DAT. VIII KAL. IVN. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

*VT*

1 uel capitatione *om. T* 2 kalē *V*

---

XI, 7, 12 (383 Mai. 3).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. CONSTANTIANO VIC(ARI)O PONTICAE. Potentiorum possessorum domus officium provinciae rectoris exigere debet, decurio vero personas curialium convenire, minores autem possessores defensor civitatis ad solutionem fiscalium pensitationum spectata fidelitate compellere. DAT. V NON. MAI. MEROB(AVDE) II ET SATVRNIN(O) CONSS.

*VT*

4 expectata fidilitate *T* 4/5 merobaude] med̄ *T*

---

XI, 7, 13 (386 Nov. 3).

IDEM AAA. AD PRINCIPIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Solis die, quem dominicum rite dixere maiores, omnium omnino litium et negotiorum quiescat intentio; debitum publicum privatumque nullus efflagitet; ne aput ipsos quidem arbitros vel e iudiciis flagitatos vel sponte delectos ulla sit agnitio iurgiorum. Et non modo notabilis, verum etiam sacrilegus iudicetur, qui a sanctae religionis instinctu rituve deflexerit. P(RO)P(OSITA) III NON. NOV. AQVIL(EIAE) HONOR(IO) N̄. P̄. ET EVODIO CONSS.

*VT.* — TRIGEMINA 2, 8, 18. 8, 8, 3 *(vide ad 8, 8, 3).*

1 diem *T* 2 et] *V*, ex *T* 3 e iudiciis] *V*, iudiciis *T* flagitatus *T* 4 sponte] expon*e *T* | 5 detexerit(?) *V*ᵃ iii] *V cum 2, 8, 18. 8, 8, 3,* iiii *T* 6 n̄p] *T*, n̄bp *V*

---

XI, 7, 14 (393 Apr. 12).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Apparitores quicumque in conlatione auri praecepti fuerint officii sui adhibere servitium, titulorum debita et conlationum summas relationis suae fide et adnotatione perscribant sitque ex officialis instructione officium conscium, quid exactum quidve perlatum esse videatur, ne longinqui itineris diversitate susceptor abductus et curiae suae desit et rei familiaris detrimenta sustineat. DAT. PRID. ID. APRIL. CONSTANTINOP(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

*VT.* — IVST. 10, 19, 5.

1 aa *V* 2 fuerint praecepti *T* officii sui] *V Iust.*, officiis *T* 3 perscribant] *T Iust. (X)*, praescribant *V Iust. (KOI)* 4 sitque] *V*, idque *T* | officiali *Iust.* instructione] inextr******* *T* exactum] est actum *T* perlatum] *VTIust. (K*ᵃ*)*, praelatum *Iust. (K*ᵃ*OI)*, prolatum *Iust. (X)*

---

XI, 7, 15 (399 Sept. 28).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Quoniam plerique callidis precibus rescribta impetrasse dicuntur, ne a solitis conpulsoribus exigantur, praesenti iussione monemus, ne praetento velut quodam beneficio clementiae nostrae quicquam in exactione celebranda vetustati et consuetudini derogetur. DAT. IIII KAL. OCTOB. ALTINI THEODORO V̄. C̄. CONS.

*VT*

2 praecibus *T* 4 quidquam *V* 5 altini] *V*, altino *T* conss. *T*

7, 16 (401 Iul. 13).

IDEM AA. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Missi opinatores ⌈ cum delegatoriis iudicibus eorumque officiis insistant, ut intra anni metas id quod debetur accipiant; nihil his sit cum possessore commune, cui non militem, sed exactorem, si sit obnoxius, convenit imminere. Iudices itaque, qui provinciales passi fuerint opinatoribus delegari, eiusdem quantitatis duplex poena retinebit, et apparitores ex quolibet officio sententiam deportationis excipient, si per semet exigendos voluerint delegare militibus, et curiales temporale manebit exilium, si eos, quos sollemniter exigere consuerunt, opinatoribus putaverint esse tradendos; cum iudicem ⌈oportet⌉ inquirere debitores, tabularios fideliter ⌈prodere nomina dominorum⌉, apparitores sive curiales consuetudine servata regionum convictis debitoribus imminere, ut perceptis congruis emolumentis opinatores impleto anno ad proprios numeros valeant remeare. Qui si ultra annum protracti fuerint, iudices et officia absque ulla mora de proprio cogentur exsolvere militibus quod debetur, ipsis adversus obnoxios repetitione servata. Quod si ad nos aliqua de retentis opinatoribus querella pervenerit, in duplum ab his protinus exigetur, ut partem debitam miles, reliquum fiscus accipiat. Iudicibus quoque eorumque officiis eatenus subvenimus, ut in contumaces debitores cuiuslibet dignitatis auctoritatem suam exerant ac, si impudenter solutio differatur, actores procuratores eorumque praedia persequantur, de eorum quoque nominibus ad nostram scientiam relaturi. DAT. III ID. IVL. MED(IOLANO) VINCENTIO ET FRAVITO CONSS.

⌈ id est exactores militaris annonae IVST.

⌈oporteat⌉ IVST.

⌈providere n. debitorum⌉ IVST.

*VT.* — IVST. 10, 19, 7.

1 adriano *T* opinatoris *T* 7 seme(?)n(?) *T* et] c(?)••• *T* 11 regionum] religione(?)•• *T* 13 fuerint indices] *T Iust.*, indices fuerint *V* et *om. Iust.* 14 propria *T* cogantur *Iust.* 15 quaerella *T* 18 exerant] exerceant *Iust.* *(praeter O^a)* inpudenter] ••••••er *T* 19 eorumque] *V Iust. (OI)*, eorumqui *T*, eorum *Iust. (K)* 20 iii] *T*, iiii *V* frauito] *T*, frauitto *V*

7, 17 (408 Dec. 7).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Neque ⌈agentes in rebus neque⌉ sacrarum privatarum vel largitionum palatina officia ex quacumque causa, ex quocumque titulo fiscalis debiti, cum ad provinciam mittuntur, possessores per se audeant convenire, sive id ex praeterito reliquum trahatur seu praesentis temporis tributo solvi conveniat; sed rectores provinciarum frequenter adeundo commoneant eorumque officiis incumbant. Quod si rector provinciae imminentem sibi memoratorum declinare molestiam quaerens vel qualibet alia ratione isdem propria auctoritate publicae exactionis permiserit curam, tam ipse quam officium eius vicena auri pondo fisco dependent. DAT. VII ID. DEC. CONSTANTINOP(OLI) BASSO ET FILIPPO CONSS.

⌈ ⌉ *om.* IVST.

*VT.* — IVST. 10, 23, 2.

3 ex quocumque titulo] *V Iust.*, *om. T* 4 audiant *T^a* 5 tributa *Iust.* *(K^b I)* 7 quaeres *V* hisdem *VT* 8 [permi]serint *T* 9 philippo *V*

7, 18 (409 Sept. 27).

IDEM AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Largitionalium titulorum exactionem palatinorum obsequiis vetustatis more consecratam iuxta priscam consuetudinem celebrari censemus, recens conditae legis in hac parte auctoritate sequestrata, quae ritu vetustatis neglecto palatinae munera dignitatis intempestiva legatorum Achivorum admonitione abstulerat. Ideoque huius statuti praeceptionem, per quam palatinos veteri exigendi functioni constrinximus, commoniti rectores observent. DAT. V KAL. OCTOB. CONSTANTINOP(OLI) HONOR(IO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

*VT*

2 consecratum *V* 4 neglecto] nec|••••• *T* 7 iii *om. T*

XI, 7, 19 (412 Febr. 29).

IDEM AA. EVCHARIO PROCONS(VLI) AFRIC(AE). Tertiam partem canonis fundorum privatorum vel sextam enfyteuticorum ex kal. Mart., sicut consuetudo deposcit, reliquam vero canonis summam ex kal. Iul. par erit postulari, ne praepostera exactione possessor ad redimendam conventionis cogatur iniuriam. ET CETERA. DAT. PRID. KAL. MART. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

*VT*

2 enfyteuticorum] *T*, enfytheuticorum *V* 3 praepostea $V^a$ exactionem *T*

---

XI, 7, 20 [= BREV. XI, 4, 2] (412 Febr. 29).

IDEM AA. EVCHARIO PROCON(SVLI) AFRIC(AE). POST ALIA: Constituto tempore publice aput Karthaginem in secretario, admisso populo, exactorum ordinabuntur idoneae strenuaeque personae. De quibus si popularis accusatio ulla processerit, in eorum locum alios par erit destinari, ita ut severa indagatione, si in concussione possessorum deprehensi fuerint, ilico et capitali periculo subiaceant et direptorum quadrupli poena ex eorum patrimonio eruatur. Iudices autem triginta librarum auri multae acerbitate sciant se esse plectendos, nisi ea, quae salubriter ordinata sunt, necessaria devotione compleverint. DAT. PRID. KAL. MART. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

INTERPRETATIO. Haec lex hoc praecipit exactores ad exigendas tributarias functiones idoneos esse mittendos, ita ut, si de his populi accusatio ulla processerit, id est quaerella deposita fuerit, in eorum locum alii dirigantur, ut habita diligenti inquisitione, si in dispendia provincialium de superexactionis crimine convinci potuerint, et capitali periculo subiaceant et ex eorum facultatibus in quadruplum quae sunt superexacta reddantur. Iudices vero provinciarum triginta libras auri se poena noverint feriendos, si haec quae statuta sunt inplere neglexerint.

*VT.* — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS).*

1 idem aa] *VT*, idem *O*, idem aug. impp. hon. et theod. *N*, impp. hon. et th. *reliqui* euchario *(sic VO*, eucherio *HGC Pith.*, eucerio *NEPMS*, euagrio *Pith.*, . . . rio *T)* procos (proco̅ *N*) afr. *om. L* constitutio *T*, constitutum *L* publicae *T*, publici *Pith.* 2 carthagine *N*, cartagine africe *L* ordinabantur $GE^bCPMLS$ ideone $C^a$ 2/3 sternueque *S* 3 si *(om. ES)* popularis (-res *N*, pupillaris *G*) acc.] p. a. si *O* nulla *N* erum $T^a$ loco *NGCPMLS* alius *L* 4 par erit] *VTNO*, pares et *H (confirmat Violet)*, parere *ECPMLS*, parare *G* destinari] alios testinare *G* ita ut] aut *PM* seuera] reuera *N*, si uera $GE^v(?)S$, aut uera *H* indagationi *S*, indignatione *O*, indigntione *(sic) L*, indignatio *H* si *om. G* concussionem *N* $E^b$, concussatione *S*, cussionem $E^a$ possorum $M^a$ 5 periculo] supplicio uel periculo *N* subiacebunt *H* diritorum *L* ex *om. L* 6 eruatur] *TO*, eruetur $VE^bCPMS$, eruitur *N*, erogetur *Pith.*, seruetur $E^v$, emendetur *L*, crucietur *G*, reddant *H (confirmat Violet)* iudiciis $L^a$ aceruitate *VH*, aceruitatis *N*, acerbitatis *G* 7 plectendos] obiectandos $G^t$ eaque *T*, aeque *N* ordinanda $G^t$ deuocatione *C* compleuerit *E* 8 dat. prid. *(om. G)* k. mart. rau. hon. uiiii (uiii *C*) et theod. u *(om. GO)* aa. *libri* 9 haec lex] lex ista *E* praecepit *NL*, dicit *E* exactores] exauctores *S*, ut e. *N* tributarias functiones (-nis *N*)] f. tr. *H* 10 idoneos] idoneas $G^a$, ideo *PMS* populi] pupilli (uel *ins.* $G^b$) populi *G* accusatio] actio *PM* est *om. H* 11 loco *GCPMLS* dirigenti *S*, diligendi *E* si in] sint *H* dispendio *C* 12 poterint *N* et cap.] cap. *HE* periculo] crimine $G^t$ subiaceat *N* ex *bis C*, *om. HL* 13 sunt *post* sup. *G*, *om. H* superacta *PS* reddant *H* 14 librarum $G^bE$ se *om.* $G^a$, *post* poena $G^bE$ poena (poenam *CPMLS*) nou.] n. p. *H* haec] ea *G* instituta *E* implere] custodire *E*, *om. S*

---

XI, 7, 21 (412 Febr. 29).

IDEM AA. EVCHARIO SVO SAL(VTEM). Grave et contra rerum ordinem iudicamus, ut idem municeps et civitatis necessitatem et exactoris publici subire cogatur officium. Quod ne contingat, generali lege sancimus cognitoris, cuius interest, iussione ad praedia mansuetudinis nostrae vel quae sub fisci nomine coeperint retineri moderanda vel ex suo corpore

1 Euchario] *procos. Africae* 2 ciuitates *T* 3 iussioni *V*

idoneos quosque dari debere vel ex his, si qui perfuncti sacramento militiae absolutione potiuntur. Ab his namque convenit, a quibus ratio ob praedam discuti consuevit, administrationem sustineri huiuscemodi praediorum. Iudicibus itaque adque officiis poenam quinquaginta librarum auri inponimus, nisi commode obtemperaverint definitis. DAT. PRID. KAL. MART. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

*VT*

1 dari] *Gothofredus,* dare *V,* ..re *T* absolutiotio *V*¹ 3 sustinere *V* 4 conmoda)?)e(?) *T*

# VIII. DE SVPEREXACTIONIBVS.

*Iust.* 10, 20.

, 8, 1 (397 Mart. 6).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis ⌈ exactorum ⌈⌈ superexactionis crimen fuerit confutatus, ⌜eandem poenam subeat, quae divi Valentiniani sanctione dudum fuerat definita. Capitis namque periculo posthac cupiditas amovenda est, quae prohibita totiens⌝ in isdem sceleribus perseverat. DAT. PRID. NON. MART. CONSTANTINOP(OLI) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

IVST.
⌈ autem | ⌈⌈ in
⌜capitali periculo cupiditas eius amovenda atque prohibenda est, si⌝

*VT [multa deficiunt].* — IVST. 10, 20, 1. — THEODERICVS 149.

2 exactorum .... 4 fuer *evanuerunt in T* 4 namque] *V,* que *T* 6 hisdem *VT* perseueret *Iust.*

, 8, 2 (400 Mart. 14).

IDEM AA. APOLLODORO PROCONS(VLI) AFRIC(AE). Quidquid ultra debitum elicitum fuerat, ⌈ eruatur. Quod ⌜provinciae⌝ restitui protinus oportebit. DAT. PRID. ID. MART. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

⌈ a curialibus vel cohortalibus vel aliis exactoribus in duplum IVST.
⌜provincialibus⌝ IVST.

*VT.* — IVST. 10, 20, 1.

2 fuerit *Iust.* 4 med.] *T Iust. (Cui.), om. V* stilicone *T*

[, 8, 3 (409 Ian. 21).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. CAECILIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: ⌜Velut licito committi frequenti laesorum deploratione didicimus, ut maioribus subiectis mensuris atque ponderibus gravi possessor damno quatiatur. Iubemus, ut cura et sollertia defensorum hoc fieri a susceptoribus non sinant deprehensosque ad iudicium dirigant, cum ipso commissae fraudis indicio.
1 Idem fieri notum est, ut provincialibus⌝ nostris contestari iniurias ⌈ suas cupientibus actorum confectio a defensoribus, ⌜ordini-

IVST.
⌜Iubemus cura ac sollertia defensorum minime possessores maioribus mensuris et ponderibus a susceptoribus praegravari, sed eos deprehensos ad iudicium dirigi cum ipso commissae fraudis iudicio. Illud etiam fieri permittimus, ut, si provincialibus⌝

⌈ seu laesiones
⌜ord. c. et mag.⌝ *om.*

3 committit *T* 6 iubemus] quare iub. *Gothofredus* 7 sinant] *V,* sinat *T* 9 item *scr.*

bus, curatore et magistratibus⌝ denegetur || idque gratia tribuatur eorum, quos rationabiliter intellexerint arguendos. Quod ne accidat, noverint cuncti provinciales, quotiens petitam sibi actorum copiam a memoratis viderint denegari, || ⌈ querellae propriae libellum conscribtum eo tenore quo fuerat contestandum in frequentioribus civitatum locis ⌜adfigendum conveniendosque⌝ scribas tabularios et cetera officia publica commonenda, per quae libellum colligi oportebit atque invitis supra memoratis personis sub actorum confectione ⌜ingeri⌝, quorum quaestione fides possit inquiri: qua probata in eos, quos gestorum petitam confectionem negasse constiterit, vigor iudiciarius exeratur. DAT. XII KAL. FEB. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

|| *finit*
|| *redit* | ⌈ licentia eis tribuatur
⌜proponendi conveniendique⌝
⌜ingerendi⌝

*VT* [*finit* 592, 2/3 intellexerin . . .]. — IVST. 1, 55, 9. — THEODERICVS 149.

2 gratiae *Gothofredus* 3 accidant *V* 6 quaerellae *V* 13 qua] *Iust.*, quae *V* | 14 iudicarius *V* xii] xi *Iust.* (*Hal.*)

# VIIII. DE DISTRAHENDIS PIGNORIBVS, QVAE TRIBVTORVM CAVSA TENENTVR.

*Iust.* 10, 21: de capiendis et distrahendis pignoribus tributorum causa.

XI, 9, 1 (323 Dec. 31).

IMP. CONSTANTINVS A. Quoniam decessoris tui litterae missae ad Proculeianum tribunum et mag(is)trum officiorum continent quorundam provincialium mancipia abducta pro pignore sub officio retineri, eo quod vestes canonicas vel equos minime intulerunt, atque haec mancipia neque dominos solutis debitis recepisse neque alios comparasse, veritos ne haec rescinderetur distractio: iubemus duorum mensum spatium ad solvenda debita mancipiorum dominis indulgeri, quo transacto nisi debita fuerint persoluta, firmiter mancipia comparabunt quicumque ad emptionem accesserint. P(RO)P(OSITA) PRID. KAL. IAN. CASTVLONE SEVERO ET RVFINO CONSS.

*V*

1 proculeianum] $V^2$, proculianum $V^1$ 6 transacto nisi] *Cuiacius*, transactionis *V*

XI, 9, 2 (337 Dec. 12).

IMP. CONSTANTIVS A. AD EGNATIVM FAVSTINVM PRAESIDEM BAETICAE. Si quis fundum vel mancipia ⌈ ob cessationem tributorum vel etiam ob vestium auri argentique debitum, quae annua exactione solvuntur, occupata convento debitore et aput iudicem interpellatione celebrata, cum solutio cessaverit, sub hasta distracta comparaverit, perpetuam emptionis accipiat firmitatem. ⌜cum, si⌝ minoris forte persona fuerit inserta, necesse sit ⌜quempiam⌝ legitimae defensionis ⌜indiguisse persona⌝ || praesertim cum ad iuris etiam praesentis et veteris aequitatem illud quoque indulgendum esse

IVST.
⌈ aliamve rem
⌜sin autem⌝
⌜ ⌝ *om.*
⌜adesse venditioni personam⌝ | || *fin.*

1 constantius] *V*, constantinus *Iust.* 2 beticae *V* 3 uestium] stium $V^a$ 9 indiguisse persona] interuenisse personam *Gothofredus*, | interfuisse personam *Beck*, induisse personam *ego*

ducamus, ut scilicet par condicio etiam in hac pignorum capione servetur, quae ob fiscale debitum fuerint occupata || nihilque intersit, utrumne officium summae rei ⌜vel⌝ procuratoris an certe ⌜rector⌝ provinciae id quod debitum fuerit ⌜deleget⌝ ||, si etiam in hac debitores forte cessaverint, condicione iuris expressa. DAT. PRID. ID. DECEMB. FELICIANO ET TITIANO CONSS.

|| *redit* | ⌜vel⌝ *om.* ⌜rectoris⌝ ⌜proposuerit⌝ | || *fin.*

*V.* — IVST. 4, 46, 3.

3 suummae *V*ᵃ 5 hac] hoc *Gothofredus*

## X. NE OPERAE A CONLATORIBVS EXIGANTVR.

*Iust.* 10, 24.

10, 1 (369 Febr. 20).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD VIVENTIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Operarum praebitionem, quae inlicite a provincialibus hactenus expetita est, sinceritas tua cessare praecipiat. || Nullum autem, qui caupona vel propola vel tabernaria lucrum familiare sectetur, cum animalia, quibus prosecutio debeatur, advenerint, si collegiati numero inpares videbuntur, ab hoc obsequio esse patiatur. Melius enim est, ut otiosorum sit ista sedulitas, quam ipsas quoque perdat urbes tristis abductio rusticorum. DAT. X KAL. MART. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO NB. P. ET VICTORE CONSS.

|| *fin.* IVST.

*V.* — IVST. 10, 24, 1.

2 inlicite a] inlicitae a *V*², inlicitae *V*¹ 5 numero] *fortasse* muneri esse] immunem | esse *Bouhier*, abesse *ego*

10, 2 (370 Aug. 15).

IDEM AAA. AD CATAFRONIVM VIC(ARIVM) ITALIAE. POST ALIA: Operas ad prosecutionem equorum vel diversorum neminem provincialium praebere permittimus, quia non ignoramus per universas Italiae civitates ... esse quam plurimos et hunc esse morem, ut, quotiens inpares videntur qui ... prosecutionis officio maiore animalium numero repente
1 veniente, tabernariis oppidorum hoc iniungatur obsequium. Causam vero pontis Liquentiae nolumus nostris praeiudicare decretis: videlicet ob reparationem eiusdem aliquis numerus excusatus habeatur, sed ita eum instaurari oportet, ut a possessoribus civitatis eius territorio suo, quotiens usus poposcerit, reformetur. DAT. XVIII KAL. SEP. VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE III AA. CONSS.

*V*

2 eoquorum *V*¹ 3 *post* ciuitates *excidisse videntur talia:* ad praebendas eas adactos 4 *post* qui *excidisse videtur* subiacent *simileve vocabulum* 7 instraurari *(em. m. rec.) V*

## XI [= BREV. V]. NE DAMNA PROVINCIALIBVS INFLIGANTVR.

damno *ES* prouincialiis *N* inferantur *L*

11, 1 [= BREV. XI, 5, 1] (368? 370? 373? Sept. 30).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O ILLYRICI. Si qui eorum, qui provinciarum rectoribus obsequuntur quique in diversis agunt officiis

1 ualens *V* ad probo *L* pp] pfu *GC*, ppm *E* illiricae *H* 1/2 si quis *L* 2 prouintiararum *L* rectoribus *om.* *L*ᵃ quique] qui *G* aguntur *E Pith.* officii *N*

principatus et qui sub quocumque praetextu muneris publici possunt esse terribiles, rusticano cuipiam necessitatem obsequii quasi mancipio sui iuris inponat aut servum eius vel ⌜forsitan⌝ bovem in usus proprios necessitatesque converterit || sive xenia aut munuscula, quae canonica ex more fecerunt, extorserit vel sponte haec quae inprobata sunt oblata non refutaverit, || ablatis omnibus facultatibus ⌜ultimo subiugetur exitio,⌝ et nihilo minus rusticanum, qui se in eiusdem operas sponte propria detulisse responderit, par poenae severitudo constringat. || Eadem vero circa eos censura servetur, qui xenia aut munera deferri sibi a possessoribus cogunt aut oblata non respuunt. DAT. PRID. KAL. OCTOB. AGRIPPINAE VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

IVST.
⌜forte⌝
|| *fin.*
|| *redit* | ⌜perpetuo s. exilio⌝
|| *fin.*

INTERPRETATIO. Si quicumque ex his, qui provinciarum rectoribus coniunguntur aut militant vel qui agunt in diversis officiis principatus vel quicumque sub occasione publici actus videntur esse terribiles, si rusticano alicui necessitatem servitii velut sui iuris mancipio inposuerit aut servum ipsius sive bovem in sui operis utilitatem transtulerit sive exenia aut quaelibet munera crediderit exigenda vel sibi oblata non recusaverit, ultimo exitio deputatus et rerum suarum amissione damnabitur.

---

*V [cum Solms.].* — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS; Berol. Lat. fol. 170 f. 16 solitario [abest int.].* — IVST. 11, 55, 2.

1 et qui] et quo *PM*, sui *G*, *def. L* praetextu] praetextum *S*, supratextu *N* terribilis *E Berol.* 2 cuipiam] *VG*$^{v}$*O*, cupiam *N Ber.*, copiam *ECS*, piam *PM*, cuiquam *HG*$^{t}$, *def. L* necessitate *C* quasi] quam si *G* 3 inponant *Iust.* uel] aut *H* forsitam *HL*, fortam *Ber.* 3/4 usus (usos *E*) pr.] usibus propriis *G* 4 necessitatesque] *VNC*, necessitatisque *S Ber.*, necessitatemque *O*, necessitas ab hisque *H*, necessitatibusque *GPM*, *def. L* conuerterit] conueniret *N*, conuerterint *Iust. (plerique)* xenia] *VG*$^{b}$*O*, ex(s)enia *reliqui* 4/5 minuscula *E*$^{a}$ 5 canica *G*$^{a}$ fecerunt] fecimus *H*, fecerit *PM*$^{b}$*LS*, fecit *M*$^{a}$, sunt *O* extorserint *E* 6 exponte *HL*, exparte *G*$^{v}$ haec] et *Pith.* inproba *H* 6/7 refutauerint *GE* 7 ablatis] *HGOE*$^{b}$*CPMLS Pith. (ex 2) Iust.*, sublatis *V*, oblatis *NE*$^{a}$ facultatibus] insultantibus *G*$^{t}$ subiugitur *N*, *inc. L* exilio *G*$^{t}$ 8 se] se sine *E*, *om. H* eiusdem] eius *H*$^{a}$*O*: *requiri videtur* eiusdem usum *similiave* operis *G*, opera *E* 9 sponderint *N* seruitudo *HS* 10 constrigat *M*$^{a}$ edem *Ber.* uero circa eos] circa uero *G*$^{a}$, circa eos uero *G*$^{b}$ censura] statuta *G*$^{v}$ 11 xenia] *VOC*, ex(s)enia *reliqui* coguntur *M*, cogant *E*, agunt *Ber.* aut] unt *P*$^{a}$, ad *G* 12 respuant *E* dat. prid. k. oct. agr. (agrypino *E*) ual. et ual. aa. *(om. NGS) libri* 13 *ante* si *repetit rubricam E* si *om. H* iungantur *H* 14 diuersis] uniuersis *G*$^{t}$ 15 terribilis *EL* si *om. edd.* rusticanum *HL* 15/16 inposuerint *G* 16 siue] si *N*, aut *edd.* utilitate *HCL* transtulerint *G* siue] seu *N* ex(s)enia] *libri*, xenia *edd.* 17 crediderint *edd.*, crederint *G* uel] et *G* sibi] si *NG* recusauerit (-rint *G*$^{b}$) . . . 18 amissione *om. G*$^{a}$ exilio *MG*$^{v}$ deputati *G*, deputetur *E* 18 dampnabuntur *G*$^{b}$

# XII. DE IMMVNITATE CONCESSA.

*Iust.* 10, 25: de immunitate nemini concedenda.

XI, 12, 1 (340 Apr. 29).

IMP. CONSTANTIVS A. AD MARCELLINVM. Publicus ac noster inimicus diversis immunitatem dederat iugorum capitationibus et professionibus amputatis. Iubemus ergo, ut omnibus omnino haec privilegia derogentur. DAT. III. KAL. MAI. ACINDYNO ET PROCVLO CONSS.

---

*V*

1 constantinus *V* Marcellinus] *scilicet* $\overline{ppo}$ inimicus] *scilicet Constantinus II* 3 acyndino *V*

---

XI, 12, 2 (362 Apr. 30).

IMP. IVLIANVS A. Omnes omnino, quicumque capitationis indulgentiam immunitatemque meruerunt, non solum ex annonario titulo, verum etiam ex speciebus ceteris atque

largitionibus excepti sunt immunesque erunt; neque enim praestanda dividimus. Melius quippe est munificentiae compendium integrum conpetere quam saepius postulari. DAT. PRID. KAL. MAI. CONSTANTINOP(OLI) MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

*V*

1 sint *Gothofredus*

---

12, 3 (365 Febr. 20).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD FLORENTIVM COM(ITEM) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Omnium rerum ac personarum, quae privatam degunt vitam, in publicis functionibus aequa debet esse inspectio. Hoc ideo dicimus, quia nonnulli privatorum elicitas suffragio proferunt sanctiones, quibus vectigalia vel cetera eiusmodi, quae inferri fisco moris est, sibi adserant esse concessa. || Hoc si quando militibus nostris hisve, qui in palatio nostro degunt, praestamus adprobantibus se sacramentis militaribus adtineri, quod concessimus firmum sit adque robustum; ceterum || si quis ⌈ privatorum eiusmodi rescribtione nitatur, cassa eadem sit. Vectigalium enim non parva functio est, quae debet ab omnibus, qui negotiationis seu transferendarum mercium habent curam, aequa ratione dependi. DAT. X KAL. MART. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

IVST.
|| *fin.*
|| *redit* | ⌈ ergo

*V.* — IVST. 4, 61, 6.

1 florum *Iust.* 3 illicitas *Iust.* 10 negotiationis] *Iust.*, negotiationi *V*

---

12, 4 (407 Iun. 11).

IMPPP. ARCAD(IVS), HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. BASILIO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Salubribus licet ante prospectum meminerimus oraculis, ut eorum penitus vacuaretur obreptio, qui largitionalibus quippiam commodis derogantes absque palatini officii notione veniam debitae quantitatis mansuetudinis nostrae absolutione meruerunt, iterandae tamen copiam praeceptionis amplectimur, ut praeiudicio segregato non triplum modo, cui primitus videbatur obnoxius, verum etiam quadruplum dispendio digniore exsolvat. PRAELATA LITTERIS VIRI INL(VSTRIS) COM(ITIS) SACRARVM LARGITIONVM III ID. IVN. HONOR(IO) VII ET THEOD(OSIO) II AA. CONSS.

*V*

2 paenitus *V* 5 ut] ut is *requiritur*

# XIII. SI PER OBREPTIONEM FVERIT IMPETRATA.

fuerit] *scripsi*, fuerint *V*

13, 1 (383 Ian. [?] 19).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Privilegia omnia paucis concessa personis in perniciem plurimorum in irritum devocentur omnesque huius modi immunitates qui quacumque ambitione meruerunt, ad aequale provincialium ceterorum consortium reducantur prositque iugatio rei publicae hactenus suspensa. Et quo libentius adquiescant, proprio aequanimitatem docemus exemplo id contemptui haberi, quod immune hactenus habeatur facile persuademus ab omnibus faciendum esse quod fecimus. Igitur sinceritas tua id ipsum per omnem Italiam, tum etiam per urbicarias Africanasque regiones ac per omne Illyricum praelata

3 qui quacumque] *scripsi*, quacumque *V* 4 prouincilium *V** 5 quo] in quo *V* docemus] *expectes* docentes

oraculi huius auctoritate firmabit. DAT. XIIII KAL. FEB. MED(IOLANO) MEROB(AVDE) II ET SATVRNINO CONSS.

---

*V*

1 firmauit *V*. — *Propter subscriptionem vide ad 6, 30, 6; in hac mensis corruptus videtur esse, cum ad Mai. 27 Hypatius praefecturam hanc obtinuerit.*

## XIIII. DE CONDITIS IN PVBLICIS HORREIS.

*Iust.* 10, 26.

XI, 14, 1 (364 [365?] Apr. [?] 8).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD VOLVSIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Cavens, ne urbaniciani officiales annonariis necessitatibus misceantur, omnia participe praefecto annonae disponas ac iubeas ad curam propriam revocari. Ante || omnia ⌜autem⌝ quae in horreis habentur expendi volumus, ita ut non prius ad frumentum tendatur expensio, quod sub praefectura tua urbis horreis infertur, quam vetera condita fuerint erogata. ⌜Si⌝ forte vetustate species ita corrupta est, ut per semet erogari sine querella non possit, eidem ex nova portione misceatur, cuius adiectione corruptio velata damnum fisco non faciat. Ad istud autem negotium arbitratu ac iudicio tuo nobilis prudens fidelis optime sibi conscius pro integritatis meritis adponatur custos ac mensor, qui vel frumenta modio metiatur vel iustis aestimationibus colligat, quanta habeantur in condito. DAT. VI ID. APRIL. DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

IVST.
|| *inc.* | ⌜ ⌝ *om.*
⌜et si⌝

---

*V*. — IVST. 10, 26, 1.

3 praefecto annonae] $V^2$, praefectura annonaria $V^1$ propriam] *Gothofredus*, propria *V* 5 ad] $V^1$ *Iust.*, ad id $V^2$ 7 per] $V^2$ *Iust.*, *om.* $V^1$ 8 portio *malim* 9/10 iudicio tuo] *Iust.*, tuo iudicio *V* 11 aestimationibus] *Iust.*, extimationibus *[sic]* $V^2$, adlegationibus $V^1$ 12 *in anno erratum est, nam a. 364 Symmachus urbem rexit, fortasse etiam in mense, nam a. 365 quomodo distributus fuerit inter praefectos duos Symmachum et Volusianum, parum constat*

---

XI, 14, 2 (396 Dec. 27).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. FLORENTINO P(RAEFECTO) V(RBI). Nihil prius ex horreis consequantur, quam omnis canon, qui antiquitus est institutus, fuerit completus; cognoscente officio urbicariae praefecturae decem libris auri esse multandum, si quae decrevimus, fuerint temerata. DAT. VI KAL. IAN. MED(IOLANO) ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

---

*V*

2 institus *V* 3 esse] esse se *scr.* multam dum *V* 4 arcad(io) iii *V*

---

XI, 14, 3 (397 Iul. 9).

IDEM AA. ANATOLIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ILLYRICI. Nulli posthac horreaticas species contingendi copia praebeatur. Sin vero quisquam temerator horreorum extiterit, qui sibi ex praedictis aliquid audeat usurpare, hanc poenam sciat nostro arbitrio definitam, ut deportationis poenae subiectus totius substantiae cogatur subire iacturam. DAT. VII ID. IVL. CONSTANTINOP(OLI) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

---

*V*. — IVST. 10, 26, 3.

1 per illiricum *Iust.* *(O Duac.)*

# XV. DE PVBLICA COMPARATIONE.

*Iust.* 10, 27: ut nemini liceat in coemptione specierum se excusare et de munere sitoniae.

15, 1 (361 Mai. 3).

IMP. CONSTANTIVS A. AD SENATVM. Ad comparationem diversarum specierum, quod synoneton appellatur, actores procuratoresque senatorum per diversas provincias nullam inquietudinem tolerent. DAT. V NON. MAI. TAVRO ET FLORENTIO CONSS.

*V*

---

15, 2 (384 Ian. 31).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. Cunctos formari plenius conveniet, ut in speciebus etiam annonariis, quae a provincialibus sub transactione comparationis pretio expeti solent, sciant nullam sibi necessitatem indictionis inponi, sed huius adscribtionis necessitatem sublatam, mox ab amplissima praefectura pretiis competentibus destinandis. Ut nihil trahatur in debitis, quod aut speretur aut promittatur quando solvendum, unusquisque provincialium nostrorum arbitratu proprio et mente devota species petitas isdem pretiis, quae in foro rerum venalium habebuntur, libens praestet ac distrahat, ita ut prius vendendas det species, quam omne, quod in rationem distractionis venerit, aurum fuerit consecutus; potiorum tantum, id est possessorum domibus delegatis, quibus tamen cohortatio inponitur, non necessitas imperatur, ut consensum facilem praebeant super speciebus annonariis distrahendis. Haec autem adscribtio inferiores vel plebeios non tenebit, ut usibus publicis profuturas distrahant fruges. P(RO)P(OSITA) PRID. KAL. FEB. BERYTO RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

*V*

1 formari] *scr.* informari 5 quando] quandoque *Gothofredus* 7 hisdem *V* 8 rationem] *scripsi,* ratione *V* 11/12 praebeios *V* 13 byritho *V*

# XVI [= BREV. VI]. DE EXTRAORDINARIIS SIVE SORDIDIS MVNERIBVS.

extr. siue (sine *N*) *om. O*

16, 1 (319 [?] Aug. 27).

IMP. CONSTANTIN(VS) A. AD CATVLLINVM P(RO)C(ONSVLEM) AFRIC(AE). Patrimoniales fundos extraordinariis oneribus vel mediae aut tertiae portionis obsequiis fatigari non convenit, cum eosdem et auri speciem et frumenti plurimum modum constet persolvere, ita ut qui violare statuta temptaverit puniatur. P(RO)P(OSITA) VI KAL. SEP. KARTHAGINE CONSTANTINO A. V ET LICINIO CONSS.

*V.* — IVST. 11, 65, 2.

1 proconsulem] p̄. ū. *V* 4 karthagini *V. Propter annum vide ad 8, 12, 2*

---

16, 2 (323 Mai. 21).

IDEM A. AD VLPIVM FLAVIANVM CONS(VLAREM) AEMILIAE ET LIGVRIAE. Ab extraordinariis omnibus fundi patrimoniales adque enfyteuticarii per Italiam nostram constituti habean-

2 enfytheuticarii *V*

tur immunes, ut canonica tantum et consueta dependant ad similitudinem per Africam possessorum. DAT. XII KAL. IVN., LECTA APVT ACTA SEVERO ET RVFINO CONSS.

*V*

---

XI, 16, 3 (324 Apr. 24).

IDEM A. AD EDICTVM CALCHEDONIENSIVM ET MACEDONIENSIVM. Quotienscumque aliquam adscribtionem fieri necesse est, rectorum consiliis et dispositione uniuscuiusque civitatis fiat adscribtio, ne libidini et commodo potiorum multitudo mediocrium subiecta gravibus et iniquissimis adficiatur iniuriis. ACC(EPTA) VIII KAL. MAI. CRISPO III ET CONSTANTINO III AA. CONSS.

*V*

1 ad edictum calcedonensium et machedoniensium *V*: *formula* ad edictum *rediens cum additamento simili 5, 13, 1, sine additamento 12, 1, 9—12, 6, 1* (*recte* ad decretum *corporis 13,* 6, 1) *sine dubio a librariis substituta est alteri, quae est* edictum *nude (7, 18, 1—9, 34, 7—11, 3, 4 — 16, 5, 38 — 16, 6, 3): at ubi substituitur* edictum ad Calchedonenses et Macedonienses, *offendit coniunctio civitatis et provinciae* 5 AA] *scr.* CC

---

XI, 16, 4 (328 Mai. 9).

IDEM A. AD AEMILIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Extraordinariorum munerum distributio non est principalibus committenda, ideoque rectores provinciarum monendi sunt, ut eam distributionem ipsi celebrent manuque propria perscribant adque encauto nomina adnectant, ea forma servata, ut primo a potioribus, dein a mediocribus adque infimis quae sunt danda praestentur. || ⌜Neque umquam⌝ sationibus vel colligendis frugibus insistens agricola ad extraordinaria onera trahatur, cum providentiae sit opportuno tempore his necessitatibus satisfacere. || Quae res neglecta vicariorum tuorum verecundiam tangit, ad rectorum autem officiorum capita venietur. Manu autem sua rectores scribere debebunt, quid opus sit et in qua necessitate per singula capita vel quantae angariae vel quantae operae vel quae aut in quanto modo praebendae sint, ut recognovisse se scribant, exactionis praedicto ordine inter ditiores mediocres atque infimos observando. LECTA VII ID. MAI. ROM(AE) IANVARINO ET IVSTO CONSS.

IVST. || *inc.* ⌜Numquam⌝ || *fin.*

*V.* — IVST. 11, 48, 1.

5 infirmis *V*[1] prestentur *V* sationibus] *Iust. (I) ex coniectura,* rationibus *V Iust. (rel. Lat. et Graeci)* 7 oportuno *V* 9 officiorum] *scr.* et officiorum

---

XI, 16, 5 (343 Ian. 25).

IMP. CONSTANTIVS A. AD ITALICVM. Privatas ⌜res⌝ nostras ab universis muneribus sordidis placet esse immunes neque earum conductores nec colonos ⌜ad sordida vel⌝ extraordinaria munera vel superindictiones aliquas conveniri. ET CETERA. DAT. VIII KAL. FEB. BONONIAE PLACIDO ET ROMVLO CONSS.

⌜possessiones⌝ IVST.

⌜ad s. uel⌝] uel ad IVST.

*V.* — IVST. 11, 75, 1.

1 Italicum] *mag. incertus* 4/5 *Constantis in Britanniam expeditio cum passim commemoretur (Ammianus 20, 1, 1. 27, 8, 4 al.), ad traiectum eius Gothofredus hanc constitutionem rettulit probabiliter*

---

XI, 16, 6 (346 Mai. 7).

IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. AD BERONICIANVM VIC(ARIVM) ASIAE. Palatini ⌜et Constantinopolitani cives⌝ pro capitibus seu iugis

⌜ ⌝ *om.* IVST.

suis tantum pensitationem atque obsequia recognoscant, extraordinariis ⌈ et temonariis oneribus liberati. DAT. NON. MAI. CONSTANTINOP(OLI) CONSTANTIO IIII ET CONSTANTE III AA. CONSS.

⌈ et sordidis muneribus et susceptionibus IVST.

V. — IVST. 12, 23, 1.

2 theomonariis V

16, 7 (356 Apr. 2).

IDEM A. ET IVLIANVS C. AD POPVLVM. Sola iubemus exigi, quae factis a nobis indictionibus aliisve praeceptis continentur et quae anniversaria consuetudine antiquitus postulantur: aut, si inexcusabilis necessitas quiddam novum exigat nec dilationem publica utilitas patiatur, referri a ceteris iudicibus ad viros clarissimos praefectos praetorio et eorum arbitrio flagitanda deposci statimque id nostrae intimari clementiae. Itaque iudicem, qui ultra iussa aliquid postulaverit, duplum iubemus inferre, officium vero eius quadruplum, viro clarissimo largitionum comite huic exactioni imminente, cum primum ad nos vel praefectos praetorio fuerit querella delata et facinus revelatum, ut et laesi nobis auctoribus aut praefectis recipiant, quod per arbitrium iudicis amiserant. DAT. IIII NON. APRIL. MED(IOLANO) CONSTANTIO A. VIII ET IVLIANO C. CONSS.

V

16, 8 (357 Apr. 1).

IDEM A. ET CAES. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Placet nullum omnino iudicem de cetero provincialibus inferendum aliquid indicere, ut ea tantum sedulo cunctorum studio pensitentur, quae canonis instituti forma complectitur vel nostra clementia decernit inferenda vel delegatione sollemniter sanciente vel epistulis praecedentibus. Sed si quid urguere forsitan coeperit, referri ad celsitudinem tuam statuimus et auctore te fieri et eo persoluto referri ad scientiam nostram, ut nobis iubentibus roboretur. ‖ De ceteris quae prospici oportet ante plurimum temporis, insinuetur nobis tempore indictionis ex more promendae. Quippe suggerit ratio eius omnia serie contineri. Ideoque tituli pensitandi semper ad nostram scientiam perferantur, ut indictione anniversariis vicibus emissa iubeamus inferri merito pensitanda. Si quid autem arbitrio suo describserit provinciales vel exegerit, in duplum inferet et officium eius quadruplum cogetur expendere, super exigenda condemnatione comite largitionum curante. DAT. KAL. APRIL. MED(IOLANO) CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO CAES. II CONSS.

‖ *fin.* IVST.

V. — IVST. 10, 48, 8.

3 institutis V 6 et eo persoluto] *scr.* et opere absoluto 7 prospici] spospici $V^a$, sprospici $V^b$ 7/8 insinuentur *scr.* 8 eius- [modi una] omnia serie *scr.* 10 si quid autem] si quis autem *Gothofredus*, iudex autem si quid *ego* 11 discribserit *scr.* inferret V

16, 9 (359 Febr. 23).

IDEM A. ET CAES. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Exemplo Afric(ae) debent fundi patrimoniales et enfyteutici per Italiam constituti ab extraordinariis omnibus excusari. Non enim per Italiam tantum, sed etiam per urbicarias regiones et Siciliam patrimonialium et enfyteuticorum fundorum vires servandas esse perspeximus. P(RO)P(OSITA) ROM(AE) VII KAL. MART. EVSEBIO ET HYPATIO CONSS.

V

2 enfytheutici V 3 non enim per italiam tantum *del.* 4 enfytheuticorum V ppo V

XI, 16, 10 (362 Mart. 13).

IMP. IVLIANVS A. SECVNDO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nihil provincialibus indici sine nostra scientia fas est neque rursus ex his quae sunt indicta referri. Omnia igitur, quae consuetudo vel dispositio nostra amplectitur, hoc est cursum publicum, translationes, itinerum sollicitudines ceteraque similia cuncti possessores implere pariter compellantur. ET CETERA. P(RO)P(OSITA) III ID. MART. CONSTANTINOP(OLI) MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

*V*

XI, 16, 11 [= BREV. XI, 6, 1] (365 Mart. 19).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. SECVNDO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nihil a provincialibus extraordinaria patimur indictione deposci. Caveat igitur magnifica auctoritas tua, ne praeter ea, quae a mansuetudine nostra patuerit indicta, tenuiorum oneret functionem; ut, || si quis ⌈ usurpatoria temeritate amplius aliquid fuerit conatus exigere, obnoxius quadrupli repetitione teneatur. Quae severitas iussionis ad ordinariorum iudicum officiorumque terrorem debebit excurrere, ut, si eorum vel gratiosa coniventia vel ignobili dissimulatione temeritas admiserit curialis, eos quoque damni similis poena castiget. DAT. XIIII KAL. APRIL. CONSTANTINOP(OLI) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

IVST. || *inc.* | ⌈ autem

INTERPRETATIO. Haec lex hoc praecipit nihil debere a provincialibus de superindicticiis titulis peti nisi ea tantum, quae a rerum dominis indicta constiterint. Et hoc iubet, ut quicumque aliquid superexigendum crediderit, quadrupli redhibitione conponat. Sed ad ordinarios iudices hanc inquisitionem iubet excurrere, ut etiam si quit in provinciis eorum a quibuscumque personis aut a curialibus factum est, etiam eos similis damni poena castiget.

*V.* — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 10, 48, 8.

1 impp. ual. et ualens] idem *O* secundum *N*, secundino *E* ppo] pfu $G^a$, pfo $G^b$ a *om.* *G* 2 extraordinariam *G* patemur *N* indictionem *G* caueat] debeat $G^t$ 3 ea] eam *O* a *(om. O)* m. n.] ad mansuetudinem nostram *G* patuerint *H*, potuerit $G^t$*E* 4 tenui horum $G^t$, tenuiorem *N*, tenui onerem $G^v$, tenuorum *E* oneret] onere *ECPMS*, honore et *H*, honore *G* functionum $G^t$*PMLS* si quis] his *H* usurparia *HG*, usurpatoris *E* 5 al. ampl. con. fuer. *H* exigire *M* redibitione *O*, refusione *PMLS* 6 ad] et *E*, ex *PML*, *om.* *G* iudicium *N*$G^a$ terrerem *L* debet *N* excurrere] *Brev.* (incurrere *G*) *Iust.*, excutere *V* 7 coniuentia] *O*, conibentia *NPMS*, connibentia *L*, conhibentia *VG*, cohibentia *HEC* ignobili] exnobili *E* diss. tem. adm. cur. *om.* $E^a$ admiserit] *requiritur* tale quid admiserit curialis] *VHOES Iust.* $(I^bO)$, curiales *NCPML Iust.* $(KI^a)$, ut curiales *G*, et curiales *Pith.* 8 similis] inmilis $H^a$, insimilis $H^b$, simplicis *Iust.* castiget] constringat *O* 8/9 dat. xiiii (xiii *HG*) k. apr. const. *(om. H)* ual. *(om. G)* et *(om. G)* ualente aa. *(om. HNG)* *libri (subscr. om. O)* 10 *ante* lex ista *repetit rubricam E* haec lex] lex ista *E* praecepit *NCL*, dicit *E* superindictis *H*$G^b$$E^b$, *inc.* $E^a$ 11 ea *om.* *L* constiterint] constiterit $E^a$(?)*C* iubet ut] iubetur *CPMLS* 11/12 quaecumque *N* 12 redibitionem *EL* sed] *HNG*$M^a$, sed et *ECP*$M^b$*L* 13 exquisitionem $G^t$*CPML*, exquestionem *S* excurri *S*, excurre *L*, incurrere *HC*, inquirere $G^v$ 14 a. *om.* *N* factum] certum $G^t$ similes *N* damni *om.* *H*

XI, 16, 12 (380 Mart. 18).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD THEODORVM C(OMITEM) R(ERVM) P(RIVATARVM). Ad virum clarissimum et inlustrem praefectum praetorio Italiae scribta porreximus, ut ab actoribus et conductoribus patrimonii nostri atque ab his, qui iure perpetuo possederunt, extraordinarii muneris cessaret iniuria neque suburbicariis partibus tironum immineret exactio. Sane praestantia tua providere debebit, quatenus frumenti et equorum maturetur exactio. DAT. XV KAL. APRIL. TREV(IRIS) GR(ATI)ANO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS.

*V*

1/2 com. r. p.] *Claudianus paneg. Theodori v. 38 seq.*: hinc sacrae mandantur opes orbisque tributa possessi, quidquid fluviis evolvitur auri, quidquid luce procul venas rimata sequaces abdita pollentis fodit sollertia Bessi, *cogitans de comitiva sacrarum largitionum, errore ut videtur.*

16, 13 (382 [383] Apr. 13).

IDEM AAA. AD HYPATIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Privatae rei nostrae privilegiis permanentibus nihil extra ordinem praedia iure perpetuo consignata sustineant neque adiectis saepius ac praeter primum delegationis canonem postulatis adficiantur impendiis, quandoquidem neque aurario canoni sub privilegiis aestimato aliquid ex ea iubentibus nobis praebitionum diversitate decutitur et pari cum ceteris aestimari sorte non convenit, quos praeter annonarias functiones aestimata perpetuo pensionum praerogativa nexuerint. P(RO)P(OSITA) KARTHAG(INE) ID. APRIL. POST CONS. SYAGRII ET EVCHERII.

*V.* — IVST. 10, 48, 10.

3 adiectis] *Iust.*, abiectis *V* *Iust.* pensitationum *Iust.* *Iust.*, nexuerit *Gothofredus* 6 aestimatas nexuerint] *V* 7 *subscriptio collatis reliquis datis ad eundem praefectum requirere videtur aut a. 382 extremum aut potius a. 383*

16, 14 (382 Aug. 30).

IDEM AAA. AD SYAGRIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Eos, qui cum honore comitum, nomine magistrorum, memoriae praefuerint vel epistulis vel libellis, item eos, qui ibidem peragendis signandisque responsis nostrae mansuetudini obsecundant, omnium ⌜vilium⌝ munerum ⌜ac totius capitulariae sive, ut rem quam volumus intellegi communi denuntiatione signemus, temonariae functionis⌝ fieri iubemus exsortes, || ita ut eorum uniuscuiusque adscribtio excusetur, non ut onus alterius excipiat, si etiam eius summae sit, ut recipere possit adiunctos, sed aut suum tantum munus agnoscat aut, si conplacito opus est, magis alteri ipse societur quam eidem alter adnectatur. Hi || igitur, qui ex eo gradu e palatio nostro abscesserint, adesse sibi conpetentia privilegia glorientur; qui vero superioribus dignitatibus creverint, nihilo minus huius loci privilegia praesto sibi fuisse laetentur. LECTA III KAL. SEP. CAPVAE ANTONIO ET SYAG(RIO) CONSS.

IVST. ⌜civilium⌝ | ⌜ac . . . functionis⌝ *om.* || *fin.* || *redit*

*V.* — IVST. 10, 48, 11.

2 praefuerunt *Iust.* 3 mansuetudinis *Iust.* obsecundarint *Seeck* 5 denuntiatione] *Gothofredus*, denuntiationi *V* 7 onus] *Seeck*, unus *V* 10 alter adnectatur hi igitur] altera nectatur id igitur *V* 11 e *om. Iust.* 13 fuisse] esse *Gothofredus*

16, 15 (382 Dec. 9).

IDEM AAA. AD HYPATIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Maximarum culmina dignitatum, consistoriani quoque comites, notarii etiam nostri et cubicularii omnes atque ex cubiculariis ab omnibus sordidis muneribus vindicentur; ceteros autem palatina vel militari intra palatium praerogativa munitos ita demum privilegium simile contingat, si prioribus statutis se ad eiusmodi exceptionem docuerint pertinere, ut non singulis indulta personis, sed in commune dignitati vel corpori eiusmodi beneficia doceantur fuisse concessa: circa ⌜ecclesias⌝, rhetores atque grammaticos eruditionis utriusque vetusto more durante. || Sane rerum extraordinariarum munus ab omnibus omnino magnificentia tua sciat esse poscendum nec posthac aut petitionem aut usurpationem cuiquam meminerit profuturam. || Sordidorum vero munerum talis exceptio sit, ut patrimoniis dignitatum superius digestarum nec conficiendi pollinis cura mandetur aut panis excoctio aut obsequium pistrini nec paraveredorum huiusmodi viris aut parangariarum praebitio mandetur, exceptis his, quibus ex more Raeticus limes includitur vel expeditionis Illyricae pro necessitate vel tempore utilitas adiuva-

IVST. ⌜ ⌝ *om.* || *fin.* || *redit*

4 contineat *Iust.* 5 exceptionem] *Iust.*, exactionem *V* 6 huiusmodi *Iust.* 7 aecclesias *V*, *om. Iust. recte puto* 11 sit] *Iust.*, sic *V* 13 nec] *Iust.*, ne *V* 14 reticus *V*

tur. Operarum atque artificum diversorum, excoquendae etiam calcis obsequia nulla de talibus adiumenta poscantur; materiam, ⸢lignum⸣ atque tabulata exceptorum virorum patrimonia non praebeant; carbonis quoque, nisi eum, quem moneta sollemniter vel fabricatio secundum veterem morem poscit armorum, ab huiusmodi viris praebitio desistat; publicis vel sacris aedibus construendis atque reparandis, ‖ hospitalium domorum minime curae subiaceant; viarum et pontium tales sollicitudo non oneret; ‖ capituli atque temonis necessitas nulla mandetur; legatis atque allectis sumptus possessio huiusmodi privilegiis munita non ⸢ferat⸣. Hoc tamen his patrimoniis prosit, quae dignitatem proprio videntur nomine possidere, ‖ ita ut personis ac dignitatibus indulta beneficia tamdiu unicuique, quamdiu superfuerit, suffragentur. Omnes autem, quorum dignitates atque personas hac lege perstringimus, non solum quamdiu militaverint, verum etiam post missionem atque ‖ etiam eos, qui simili honore ⸢perfuncti⸣ sunt, generali praerogativa a praebitione sordidorum munerum vindicamus. DAT. V ID. DEC. ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

⸢lignorum⸣
‖ *finit*
‖ *redit*
⸢conferat⸣
‖ *finit*
‖ *redit*
⸢functi⸣

*V.* — IVST. 10, 48, 12.

1/2 *fortasse* obsequio 4 eum] *del.*, eius *Beck* 7 curae] *Gothofredus*, cura *V* tales] *Gothofredus*, talis *V* 8 capitulis *Iust.(O*^a*)*, capitalis *Iust. (KO*^b*I)* themonis *V* 9 non] on *V*^a

XI, 16, 16 (385 Apr. 14).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD NEOTERIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Sordidorum munerum excusatio delata personis ad heredem successoremve transire non potest. Neque enim potest esse perpetuum, quod non rebus, sed personis contemplatione dignitatis adque militiae indulsisse nos constat. ‖ Igitur ne superindictorum nomine cuiusvis domus minus praestet neve quis id audeat postulare, oraculi nostri definitione sancimus. DAT. XVIII KAL. MAI. MED(IOLANO) ARCAD(IO) A. I ET BAVTONE CONSS.

‖ *fin.* IVST.

*V.* — IVST. 10, 48, 13.

1 neotherium *V* 2 excusatio] *Iust.*, excusatione *V*

XI, 16, 17 (385 Dec. 11).

IDEM AAA. AD PRINCIPIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Cogendarum intuitu pensionum a fundis patrimonialibus vel enfyteuticis extraordinaria functionum sarcina removeatur; capiti atque fortunis eorum iudicum atque officiorum, qui privilegia tanta temeraverint, discrimine minime defuturo, si similem rursus inquietudinem movere temptaverint. Fundos enim tam patrimonialis iuris quam enfyteutici absque his, quae divali lege praecepta sunt, ad alia iubemus onera non vocari. DAT. III ID. DEC. AQVIL(EIAE) ARCAD(IO) A. I ET BAVTONE CONSS.

*V*

2 enfytheuticis *V* 3 capiti] *Gothofredus*, capitis *V* 5 enfytheutici *V* divali] *V*^rec., diualia *V*

XI, 16, 18 (390 Iul. 5).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Extraordinariorum munerum beneficiis nullum omnino potiri iubemus, sed quidquid talis obsequii communis omnibus populis functio postularit, id ab omnibus indiscretum meritis

3 meritis] *V*^2, mentis *V*^1

atque personis iubemus impleri. Neque sane deest, ubi vel meritorum privilegia vel dignitatum a communione vindicemus, si quidem ea munera, quae sordida nuncupantur, exceptas lege prohibeamus obire personas, scilicet ne ad eorum obsequia amplissimarum etiam militari fastigio nomina dignitatum vel consistoriani comites devocentur. Quae simili privilegio ecclesiis, rhetoribus adque grammaticis institutionis utriusque largimur. Ac ne in occulto lateat quae sit, munerum enumeratio sordidorum vocabulis ipsis signata respondet. Eius igitur patrimonium, quem ab his obsequiis lex nostra defendit, cura conficiendi pollinis non habebit; nullam excoctionem panis agnoscet; nulla pistrinis obsequia dependet; operas atque artifices non praebebit; excoquendae ab eo calcis sollicitudo cessabit; non conferendis tabulatis obnoxia, non lignis, indultam quoque materiem sub eadem exceptione numerabit; nulla paraveredorum et parangariarum praebitione pulsabitur exceptis his, quas Raetiarum limes, expeditiones Illyricae, quas pastus translatio militaris vel pro necessitate vel pro sollemnitate deposcunt; carbonis ab eo inlatio non cogetur, nisi vel monetalis cusio vel antiquo more necessaria fabricatio poscit armorum; nullam sollicitudinem publicarum aedium vel sacrarum constituendarum reparandarumve suscipiet; nulla pontium vel viarum constructione retinebitur; temonis sive capituli onera non sentiet; allectis atque legatis nihil in sumptuum conlatione numerabit. Quae universa ita enumerati viri ad suum noverint privilegium pertinere, ut ea nec uxorum facultatibus indulta cognoscant et suis patrimoniis cum vivendi circumscribta temporibus. Neque enim ea, quae laborum contemplatione singulis sunt delata personis, heres poterit vindicare securus. DAT. III NON. IVL. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO A. IIII ET NEOTER(IO) CONSS.

*V*

3 exceptas] *Gothofredus*, excepta *V* 5 ecclesiis] *fortasse interpolatum est, vide ad 11, 16, 15, 7* 6 sit] *scr.* sint 12 rhetiarum *V* expiditiones *V: scr.* quas expeditiones 16 themonis *V* 22 neother. *V*

**16, 19** (391 Mart. 22).

IDEM AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ORIENT(IS). Eam legem, quam de extraordinariis sordidisque muneribus expressis vocabulis functionum et insignibus dignitatum sine ulla ambage praescribsimus, ita circa eos, in quos nostra munera redundarunt, servandam esse praecipimus, ut isdem beneficiis non quamdiu militaverint, sed quamdiu vixerint perfruantur. DAT. XI KAL. APRIL. MED(IOLANO) TATIANO ET SYMMACHO CONSS.

*V.* — IVST. 10, 48, 14.

4 hisdem *V*

**16, 20** (395 [?] Iun. 15).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. MESSIANO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Evidenter atque absolute iubemus, ne fundi ad patrimonium nostrum pertinentes, seu conductionis titulo seu perpetuo iure teneantur, aliquid praeter ordinem superindicti vel pretii petiti nomine vel de sordidis quibuscumque muneribus agnoscant. Nam hoc et a divis principibus impetratum est et a nostra serenitate reparatum. Quisquis igitur iudicum contra fecerit, quinque pondo auri de facultatibus, alia de officiis suis, totidem et de curialibus, qui exsequi male iussa festinant, noverit eruenda. DAT. XVII KAL. IVL. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

*V.* — IVST. 10, 48, 15.

3 petiti *om. Iust. (Lat.)* 5 a] $V^2$ *Iust.*, ea $V^1$. — *Alia constitutio ad eundem Messianum data (4, 22, 3) anni est 389 obtinuitque a. 395 comitivam rerum privatarum Eulogius.*

XI, 16, 21 (397 Ian. 31).

IDEM AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Privilegia venerabilis ecclesiae, quae divi principes contulerunt, inminui non oportet: proinde etiam quae circa urbis Romae episcopum, observatio intemerata custodiet, ita ut nihil extraordinarii muneris ecclesia vel sordidae functionis agnoscat. ET CETERA. DAT. PRID. KAL. FEB. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

*V*

3 episcopum] ep. contulerunt *Gothofredus*

---

XI, 16, 22 (397 Iun. 12).

IDEM AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Privilegia venerabilis ecclesiae inminui non patimur, ita ut nihil extraordinarii muneris ecclesiae vel sordidae functionis agnoscant. Quidquid igitur praeceptis veteribus reverentia religionis obtinuit, mutilari etiam poenae interminatione prohibemus; ita ut hi quoque qui ecclesiae obtemperant his, quibus cautum est, beneficiis perfruantur. DAT. PRID. ID. IVN. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

*V.* — GEMINA(?) 16, 2, 30.

1 priuulegia *V*ᵃ  2 aeclesiae *V*

---

XI, 16, 23 (412 [409] Febr. [?] 15).

IDEM AA. ET THEOD(OSIVS) A. MELITIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Ab inlustribus personis sordida munera et extraordinariae necessitatis damna removemus. ET CETERA. DAT. XV KAL. MAR. RAV(ENNAE) DD. NN. HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

*V.* — IVST. 10, 48, 16.

1 *requiritur* Impp. Honorius et Theodosius AA. 2 personis] *V*[2] *Iust.*, pensionis *V*[1] necessitates *V* 3 Honorio VIII et Theodosio III *iuncta 11, 18, 1*

## XVII. DE EQVORVM CONLATIONE.

XI, 17, 1 (367 Mai. 30).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. ALEXANDRINO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Viceni et terni solidi per singulos equos, qui a colonis atque ab obnoxiis exiguntur, ipsi magis iugiter, quam fraude procuratorum nostrorum equi, offerantur. DAT. III KAL. IVN. MARCIANOP(OLI) LVPICINO ET IOVINO CONSS.

*V*

---

XI, 17, 2 ([illegible] Febr. [illegible]).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. POMPEIANO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Sicut dudum [illegible], quam primum equorum, qui curatoricio nomine flagitantur, in pretio [illegible], ita ut viceni quidem solidi pro singulis equis a provincialibus exigan[illegible] contubernalibus ministrentur. DAT. ID. FEB. MED(IOLANO) VINCENTIO ET [illegible]

[illegible]

[illegible] 5 trauitto *V*

17, 3 (401 Mart. 21).

IDEM AA. P(RAEFECTIS) P(RAETORI)O ET COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Equos canonicos militares dioeceseos Africanae secundum subiectam notitiam singularum provinciarum ex praesenti duodecima indictione iussimus adaerari, in tribuendis viris clarissimis comitibus stabuli sportulis in binis solidis pro singulis equis servari consuetudinem decernentes. Quam formam quodannis observari praecipimus, ut secundum postulationem Gaudenti viri clarissimi comitis Afric(ae) devotissimo militi septeni solidi pro equis singulis tribuantur. DAT. XII KAL. APRIL. MED(IOLANO) VINCENTIO ET FRAVITO CONSS.

---

*V*

2 militaris *V*

---

17, 4 (408 Apr. 11).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. HERCVLIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Constructioni murorum et || conparationi transvectionique specierum universi sine ullo privilegio coartentur ad necessitates Illyricianas: nam in his dumtaxat titulis nullum sub quodam cessare privilegii velamento censemus, sed sub hac condicione, cum tempus exegerit, huiusmodi conlationi subcumbant, ut non tantum requiratur idoneus, verum universi pro portione suae possessionis iugationisque ad haec munia coartentur et a summis sarcina ad infimos usque decurrat. DAT. III ID. APRIL. CONSTANTINOP(OLI) BASSO ET PHILIPPO CONSS.

|| *inc.* IVST.

---

*V.* — GEMINA 15, 1, 49. — IVST. 10, 49, 1.

3 cohartentur *V* 5 succumbat *Iust.* 6 portione] *Iust.*, portioni *V* cohartentur *V* 7/8 dat. V id. Apr. Constantinopoli dd nn Honorio VIIII et Theodosio V AA. conss *lex gemina*

## XVIII. QVI A PRAEBITIONE TIRONVM ET EQVORVM EXCVSENTVR.

18, 1 (409 [412] Febr. 15).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. MELITIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Tirones, quorum pretia exhausti aerarii necessitas flagitavit, praebere nolumus inlustres viros praefectos, cum gerunt infulas dignitatis vel cum sublimem egerint praefecturam; non magistros militum vel comites domesticorum simile munus adstringat, neque enim tirones de facultatibus eorum poscendi sunt, quorum virtus triumphis nostris subiugat de hoste captivos; non praepositum vel primicerium sacri cubiculi, non castrensem, non comitem sacrae vestis, non ceteros cubicularios, non magistrum officiorum, quaestorem vel comites sacri ac privati aerarii inlustres, non virum spectabilem primicerium notariorum, non consistorianos comites ac scriniorum magistros vel tribunos et notarios eadem damni multa percellet; non viros spectabiles comites archiatrorum, non comites stabuli, curapalatii, scholares, proximos scriniorum eademque scrinia, comites dispositionum, decuriones, magistrum admissionum et ceteras similes comitum laboribus nostris socias dignitates eiusdem praestationis sors teneat; non tribunos vel praepositos militares post testimonium inveteratae militiae. Habeant in commune omnes, sive dum administrant seu postquam administraverint, debitum regiae liberalitatis officium; nemo tirones equos vel praestationem aurariam vereatur, quem sub legis nostrae sanctione prosequimur. Illos tantum tironum atque auri munus adstringat, quos honorarios vocavit antiquitas vel qui

---

7 quaestoremue uel *scr.* 15 equosue *scr.*

fasces civilium partium consecuti nulla prius laboribus rudimenta posuerunt. De ipsis etiam militaris nominis viris eos praepositos vel tribunos a privilegiis esse convenit alienos, qui castrorum expertes habentur nec in hostem Martio aere caluerunt. DAT. XV KAL. MART. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

*V*

4 Honorio VIIII et Theodosio V *iuncta 11, 16, 23 probabilius*

## XVIIII. DE CONLATIONE FVNDORVM PATRIMONIALIVM VEL ENFYTEVTICORVM ET REI PRIVATAE.

enfytheuticorum *V.* — *Iust.* 11, 65: de c. f. p. et enf.

XI, 19, 1 (321 Apr. 17).

IMP. CONSTANTINVS A. AD DOMETIVM DRACONTIVM. Quotiens plures fundum patrimonialem possident, pro portionibus fieri a singulis non vetetur inlatio. Quorundam enim probata industria ceterorum culpa poterit coherceri. DAT. XV KAL. MAI. SIRMI, ACCEP(TA) XV KAL. IVN. KARTHAG(INE) CRISPO II ET CONSTANTINO II CONSS.

*V*

1 Dometium Dracontium] *mag. privatae rei per Africam* 2 quorūdam *V*

XI, 19, 2 (362 Mart. 28).

IMP. IVLIANVS A. Omnes, qui patrimoniales fundos ⌈ retinent, pro his conveniendi sunt ad universorum munerum ⌈ functiones, sicut unumquemque privatorum necessitas publicae pensitationis adstringit. ET CETERA. DAT. V KAL. APRIL. MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

⌈ sive communiter sive ex asse IVST.
⌈ ad eosdem fundos pertinentium pro rata portione vel in solidum IVST.

*V.* — IVST. 11, 65, 3.

3 munerum] *Iust.,* numerum *V*

XI, 19, 3 (364 Sept. 12).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. PROVINCIALIBVS BYZACENIS. Ab enfyteuticariis possessoribus annonariam quidem solutionem per quattuor menses ita statuimus procurari, ut circa ultimos anni terminos paria concludantur; aurum vero non ex die X kal. Dec. in prid. kal(end)arum Ianuariarum, sed per annum solidum, prout quisque pendere potuerit, inferetur. DAT. ID. SEP. AQVIL(EIAE) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

*V*

1 fytheuticariis *(sic) V* 2 per] pen *(em. m. rec.) V* 5 id.] *scr.* prid. id. *ad iunctas*

XI, 19, 4 (398 Mai. 24).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. FIRMINO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). POST ALIA: Qui praedia patrimonialia et enfyteutica, privatae quoque rei perpetuo iure retinent et dominici actores augmenti et superindicticii et onerum Raeticorum dicuntur mediam nolle solvere pensionem. Igitur iubemus, ut moniti rationales sciant ea, quae a divae

1 com. s. l.] *aut* com. r. p.: *vide ad 10, 2, 2* 2 enfytheutica *V* 3 reticorum *V*

memoriae Valentiniano constituta sunt, quam primitus esse servanda. DAT. VIIII KAL. IVN. MED(IOLANO) HONOR(IO) A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

---

*V*

# XX. DE CONLATIONE DONATARVM VEL RELEVATARVM POSSESSIONVM.

*numerum tituli firmat lex Rom. Burg. 1, 3.* — *Iust.* 10, 28: de c. donatorum vel relevatorum aut translatorum seu adaeratorum.

20, 1 (363 Nov. 12).

IMP. IVLIANVS A. AGINATIO CONS(VLARI) BYZACENAE. Admodum nobis videtur absurdum et a nostrorum temporum tranquillitate submotum, ut ii, qui proscribtionis sortem pertulerunt, ad exemplum eorum, qui fundos donatos sacra liberalitate tenuerunt, auri atque argenti conlationi redderentur obnoxii, quae sub divae memoriae Constantio adscribta est, cum multum intersit inter eum, qui principali munificentia perfruitur, et eos, qui propria recuperare meruerunt. DAT. PRID. ID. NOVEMB. MAMPSYSTAE IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS.

---

*V*

1 *Ioviani est Iuliano adscripta secundum usum compilatorum* 2 hii *V* 3 *post* pertulerunt *videtur excidisse* restitutis bonis *similiave* | 4 conlationi] *Gothofredus,* conlationibus *V* 6 *scilicet* Mopsuestiae

---

20, 2 (364 Apr. 26).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD MAMERT(INVM) P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Eos, qui rem paternam vel suam a fisco recuperare meruerunt, a conlatione auri atque argenti, quae adscribta est et his, qui aliquid a sacra liberalitate meruerunt, tutos defensosque servari praecipimus. DAT. VI KAL. MAI. DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

---

*V*

3 et *delet Gothofredus*

---

20, 3 (400 [405] Oct. 5).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Exigua quodammodo aedificiorum pensitatio nullum erga possessiones suas superindicti oneris pondus agnoscat. Per omnes autem civitates municipia vicos castella ex horreis balneis ergasteriis tabernis domibus cenaculis, salinis etiam omnibus praeter mancipum, quae populi Romani lavacris inserviunt, vel his, quae in memoratis locis sub pensionis locatione retinentur, nullius excepta persona unius anni, hoc est tertiae indictionis devotione congrua a locorum dominis pensio conferatur, excepta scilicet aeternabili urbe, quam ab huiusmodi munere reverentia propriae maiestatis excusat. Ea videlicet ratione servata, ut, si qui dominorum defuerit, vel a procuratoribus vel ab his qui haec loca sub conductione detentant, id quod praeceptum est inferatur dominorum rationibus inputandum, ea condicione servata, ut sciant tantum, quantum ipsi percipere consuerunt, omni maturitate oportere conferre. DAT. III NON. OCTOB. RAV(ENNAE) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

---

*V*

3 castellos *V* 7 a] *Cuiacius, om. V* 12 oportere] oportere se *scr.* *propter annum vide ad* | *2, 8, 24*

XI, 20, 4 (423 Mai. 19).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. TRYGETIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Largi-
tates tam nostrae clementiae quam retro principum ex eo tempore, quo in bene meritos
de re publica conferuntur, tenere perpetem firmitatem praecipimus, ut, quod unusquisque
meruit et recte transmisit, nec ad heredem nec ad originem filiorum nepotumve sollicitu-
dinem revocetur; nec quisquam pro his possessionibus, quae largitate principali iam du-
dum in singulos quosque conlatae sunt, damnosae conventionis molestiam pertimescat.
1 Sane, quod non optamus, si umquam extiterit tanta necessitas, ut aliquid in adiumentum
aerarii nostri publica requirat expensa, adiuvari nos biennali pensione praecipimus, quae
non gravat possessorem, ut et temporum rationem et possessionis, de cuius non potest
soliditate dubitari, ante oculos conlocemus. Ideoque si quando in dono datis intra quin-
quennium possidentem necessitas dandi forte reppererit, hunc a conlatione esse iubemus
alienum; si vero post quinquennium intra decem annorum spatia fuerit possessor inventus,
mediam biennalis pensionis inferat portionem. Ii vero, qui supra decennium dono data
inventi fuerint praedia possidere, si emerserit ulla necessitas, integra biennali nos adiu-
2 vent pensione. Quod si contra hanc formam scientia iudicis vel exsecutoris conventio
pulsandum intra haec tempora iudicaverit possessorem, ad multam sexaginta librarum
auri persolvendam se noverint adstringendos. Nec officium palatinum hac excusatione
utatur, ut paucos esse adserat, ad quorum partes et scrinium haec cura pertineat, sed
omnes omnium scriniorum totius militiae, quod sub privato meret aerario, ad praescribtam
poenam se noverint adtinendos, ita ut primates praeter damnum etiam cinguli amissione
multentur, si cuiquam providentiam simulanti consensum in hac suggestione aut in-
3 structionem praebuerint. Ipsum enim codicem causam concussionis et fraudis et uni-
versa scributurarum genera tali conexa negotio, ne vestigia timoris posthac ulla remaneant,
in conventu provincialium flammis iubemus exuri eademque poena, si posthac ulla ex-
titerit, quod in ipsa aliave provincia huiusmodi adserat se proferre documentum, pro
publica quiete deperire. P(RO)P(OSITA) IN FORO TRAIANI XIIII KAL. IVN. ASCLEPIODOTO ET
MARINIANO CONSS.

*V. — Adlegatur in lege Rom. Burg. 1, 3*

1 trygetio] ad praedium *vel* ad stradium *Rom. Burg.* 3/5 *fortasse sic fuit:* ut quod unusquisque meruit et recte transmittat ad heredem nec originem filiorum nepotumue sollicitando reuocetur 5 quisquam] *Gothofredus*, quicquam *V* 8 adiuari *V* 13 hii *V* 14 ulla] *malim* illa 19 quod] quae *Gothofredus* maeret *V* 22 enim] etiam *Gothofredus* causam] *Gothofredus*, causa *V* 23 remaneat *V*[1] 24/25 ulla extiterit quod] ullus extiterit qui *Gothofredus: possis item proponere* eademque poena personam si p. u. ext. quae in ipsa *cet.*

XI, 20, 5 (424 Mai. 13).

IMP. THEOD(OSIVS) A. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ab universis, qui post obitum divi avi clementiae meae ex munificentia tam divae recordationis patris ac patrui mei quam etiam serenitatis meae fundos cuiuslibet iuris petiverunt, sub hac dispositione reditus conferantur, ut, quicumque a praesenti die triennio possident, unius anni habentes immunitatem pro reliquo biennio medii anni conferant reditus; ex triennio vero usque quinquennium, unius anni; a quinquennio usque ad decennium, biennii; a decennio et ultra, triennii. In qua dispositione etiam ii habebuntur, qui dempto canone possessiones cuiuslibet iuris donationis obtinent titulo aut, cum essent domini possessionum, canonem ex parte vel integrum adimi exoraverunt, ita tamen, ut, qui fundum dempto canone accepit, reditus universos, quos ipse percepit, iuxta datam dispositionem temporis solvat; qui vero dominus constitutus possessionis tantum canonis promeruit relevationem, canonem tantum pro data forma, hoc est aut dimidii anni aut unius aut biennii aut triennii, solvat; eadem ratione etiam illis tenendis, qui relevationem iugationis ex simplici beneficio

5 trinnio *V*[a] 7 hii *V* possessionis *V* 8 aut cum] *V*[2], autem *V*[1]

meruerunt. Sane qui inspectorem specialem ac si de ieiunis ac desertis possessionibus,
accepisse dicuntur, electionem a sede culminis tui propositam amplectantur et aut sol-
vant, ut dictum est, quod nunc consequuntur lucri pro rata temporum ratione, aut, si
1 hoc moleste tulerint, patiantur denuo alios inspectores dirigi. Quod si qui ex pos-
sessionibus principali sibi quondam liberalitate donatis postmodum quasdam aliis aut
venumdedit aut et ipse donavit, pro his quidem, quae venditae probabuntur, ille se sta-
tutis praesentibus obnoxium esse cognoscat, qui videtur pretium consecutus. Cui vero
non vendita, sed legitime donata vel iure successionis adquisita possessio est, is profecto
debebit iustius adtineri ad illa praestanda iuxta tempora praefinita, qui adipisci in prae-
senti ex donata sibimet possessione monstratur. Qui vero alterius nomine ex munificentia
principali donatos obtinet fundos quique relevationis vel peraequationis beneficium simili
modo consecutus ostenditur, ipse ad huiusmodi solutionem debebit adstringi, qui non ut
petitor, sed ut dominus et possessor rei poterit adprobari. Vel certe si hoc casu quodam
patere forsitan non valebit, ab ipsa possessione, quae vel donata vel peraequata aut
2 relevata est, supra dicti fructus beneficii conferantur. Sciturus cunctis, quod, quisquis
praedictam praestationem intra quattuor menses, ex quo fuerit admonitus, inferre dis-
tulerit, ipsas possessiones, quae donatae eidem videntur, amittet, ii vero, qui certum quid
conlationis seu functionis indictae pro temporali possessione praestiterint, pleno in poste-
rum beneficii principalis, quod aliquando meruerunt, munere perfruentur. DAT. III ID. MAI.
CONSTANTINOP(OLI) VICTORE V̄. C̄. CONS.

*V*

3 rata] $V^2$, lata $V^1$ 9 qui] *expectes* quia reditus 15 dicti] *Gothofredus*, dictis *V* | 17 quae] que *V* hii *V* 18/19 poste|terum *V* 19 beneficii] *Beck*, beneficio *V*

---

20, 6 (430 Dec. [?] 31).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. ANTIOCHO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Eorum iugorum sive capitum sive quo alio nomine nuncupantur privati iuris vel patrimonialis sive civilis sive templorum, quae a principio imperii divae recordationis Arcadii genitoris mei ex petitionibus diversorum vel ultro datis adnotationibusque in praesentem diem qualitercumque relevata sunt vel adaerata levius vel de patrimoniali iure ad privatam vel in aurariam aerariam atque ferrariam praestationem translata, quinta pars commodi, quod ex eo beneficio ad dominos fundorum pervenit, ex eodem tempore exacta pro aestimatis per singulos annos habitis arcae et sacrarum largitionum viribus ex aequo societur. Exceptis his, quae in capitatione humana atque animalium diversis qualitercumque concessa sunt, ita ut omnium, quae praedicto tempore atque etiam sub inclytae recordationis avo nostro in terrena sive animarum discribtione relevata sunt usque ad quadringentorum iugorum sive capitum quantitatem pars dimidia publicis censibus adiungatur, ut, si quidem usque ad quadringenta iuga vel capita relevatio facta est, dimidia tantum pars fisco reddatur, si vero amplius aliquid relevatum est, usque ad ducentorum iugorum vel capitum aput beneficium consecutos relevatio firma permaneat, reliqua omnia publicis censibus refundantur. Aut enim intra ducentorum numerum pro rata partis dimidiae portione unumquemque relevari conveniet aut ultra eundem minime ad dispendium publicum praestita relevatione abuti, sive in una sive in diversis provinciis vel suo vel interposito nomine huiusmodi beneficium impetravit. Nisi si quis se pro fundis sterilibus ac desertis maioris etiam adscribtionis relevationem iuste meruisse firmaverit et inspectore seu peraequatore misso probaverit, non iam secundum nostrum beneficium, quod usque ad ducenta iuga vel capita pro dimidia parte indulsimus, sed pro inspectionis futurae veritate ac

3 ciuilis] $V^{rec.}$, ciuili *V* 5 releuata] *Beck*, releuati *V* priuatam] priuatum *Peyron* 9 qualitercumque] *Gothofredus*, qualicumque *V* | 11 terrena] $V^2$, terre $V^1$ describtione *V* 14 usque] *Gothofredus*, utque *V* 19 impetrabit *V* 20 firmauerint *V*

1 fide tributa publica soluturus. Adaeratis etiam et qualitercumque translatis ex quarta decima feliciter futura indictione translatione vel adaeratione servata modum conlationis inponi, qui consecutis partem quandam beneficii reservabit pro regionum diversitate factae adaerationis modum atque omnium, quae in huiusmodi rebus consideranda sunt,
2 qualitatem praefectura amplissima disponente. Illis solis ab hac discribtione a sublimitate tua sicut visum fuerit disponente penitus eximendis et in praesenti conlationis modo mansuris, quae civitatibus vel curiis vel officiis in commune remissa sunt vel aliquando personarum magis indulta, sed ex dispositione amplissimae sedis tuae, si qua sit
3 de relevatione suspicio, inspectioni verissimae subiciendis. Exactionem vero quintae partis conlationum ab exordio imperii divae memoriae patris mei, ut dictum est, iam nunc fieri ab his qui emerunt vel eorum heredibus, si solvendo sint, vel detentatoribus, pro quo quisque possedit tempore, ..... obiit, posterioribus vel novis dominis, ad quos relevata praedia devenerunt, contra suos auctores actionibus legitimis reservandis, neque
4 penitus ullo sub quocumque privilegio dispositione hac eximendo. Firmiter in futurum et sine ulla discribtionis molestia aput eos, qui meruerunt, divina indulgentia permansura, ita ut ne retractari quidem nec proferri in medium has rursus liceat rationes, completis his, quae in praesenti de causis singulis aut personis pro rerum necessitate statuta sunt. DAT. PRID. KAL. IAN. CONSTANTINOP(OLI) DD. NN. THEOD(OSIO) XIII ET VAL(ENTINI)ANO III AA. CONSS.

---

*V.* — NOV. THEODOSII II 26, 1, 1.

1 translatas *V* 1/2 ex quarta decima feliciter futura indictione] *ea incipit a. 430 Sept. 1* 3 inponi] inponi conueniet *Gothofredus* beneficii] *Gothofredus*, beneficiis *V* 5 qualitatem] *scripsi*, qualitate *V* praefectura] *Cuiacius*, praefecturae *V* 6 paenitus *V* 7/8 *videntur quaedam excidisse ad hoc exemplum:* uel aliqu[o mod]o personarum magis [corpori quam personis] indulta 11 de scribtionis *V* 12 obiit] quo obiit *Cuiacius, sed videntur plura excidisse, ad hanc sententiam:* tempore [possedituе qui uendidit uel qui] obiit 13 actionibus] *Cuiacius*, actoribus *V* 14 paenitus *V* 17 persoris *V*

## XXI. DE CONLATIONE AËRIS.

*Iust.* 10, 29.

XI, 21, 1 (371 Apr. 7).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. MODESTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Aes, quod dichoneutum vocatur, non modo deinceps largitionibus inferatur, verum de usu penitus
1 et conversatione tollatur ac nemini publice hoc habere liceat. Et conflatores figurati aeris, adulteratores etiam monetae capitalis animadversio persequatur. DAT. VII ID. APRIL. CONSTANTINOP(OLI) GR(ATI)ANO A. II ET PROBO CONSS.

---

*V*

1 *addi debuit* Gratianus 2 inferatur] non inferatur *Reinesius* paenitus *V*

---

XI, 21, 2 (396 Dec. 28)

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. HILARIO. Aeris pretia, quae a provincialibus postulantur, ita exigi volumus, ut pro viginti ⌜quinque⌝ libris aeris solidus a possessore reddatur. DAT. V KAL. IAN. MED(IOLANO) ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS. | ⌜*om.*⌝ IVST.

---

*V.* — IVST. 10, 29, 1.

1 *scilicet* ppo 3 conss.] et conss. *V*

21, 3 (424 Dec. 9).

IMP. THEOD(OSIVS) A. MAXIMINO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Perpetuo sancimus generalique decreto, ne cui deinceps ex praecepto comitivae sedis vel per oraculum sacrum vel per divinas adnotationes numinis nostri in nummo vel in specie, nisi ita publica necessitas postularit, propria liceat tributa persolvere, sed ut magis aut ipsam speciem, si hoc usus exegerit, aut aurum, quod aestimatio certa constituit pro centenario aeris, huiusmodi possessor exsolvat. DAT. V ID. DECEMB. CONSTANTINOP(OLI) VICTORE V̄. C̄. CONS.

*V*

2 comitiuae] *scr.* tuae  3 uel in specie diversa *videtur requiri*

## XXII. NE CONLATIONIS TRANSLATIO POSTVLETVR.

22, 1 (346 Iul. 28).

IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. PHILIPPO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Plerique censum fundorum suorum iugorum ad alias civitates transferre curarunt. Uniuscuiusque itaque civitatis censum in omnibus provinciis ad proprias civitates redire censuimus. DAT. V KAL. AVG. CONSTANTIO IIII ET CONSTANTE III AA. CONSS.

*V*

2 fundorum *del.*  4 constantio] constantino *V*

22, 2 (385 Mai. 4).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD NEOTERIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Habeat unaquaeque civitas consortem munerum, quem habuit in professione collegam. Iugatio omnis, ubi est antiquitus adscribta, permaneat: redeat ad se alio in fraudem munerum translata iugatio. Discant ordines, discant reliqui possessores mutato eo, quod non recte est impetratum, quem participem possidendi cognoverint, esse etiam in omnibus socium functionibus. P(RO)P(OSITA) IIII NON. MAI. ARCAD(IO) A. I ET BAVTONE CONSS.

*V*

1 neotherium *V*  2 unaquaeque] *V*rec., unuquaeque *V*

22, 3 (387 Apr. 14).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD EVSIGNIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Transferat, qui orando meruerit ex iudicio tuae magnitudinis, in annonariis dumtaxat commeatibus ex alio loco ad urbem aliam professionem publicae functionis. Qui diversis in urbibus non sufficiet respondere exactorum numero crebriori, ad unum, ubi magis possidet, iugationis reliquum modum sine publico detrimento exactorem transmittat. DAT. XVIII KAL. MAI. VAL(ENTINI)ANO A. III ET EVTROPIO CONSS.

*V*

4 sufficet *V*  5 exactorem] *Beck*, exactorum *V*  6 iii] tertio *V*

22, 4 (409 Mai. 19).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. AD ANTHEMIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Nonnullos possessores exactionis consuetae more dissimulato eo temeritatis procedere cognovi-

mus, ut quidam auctoritate rescribtionis elicita instantiam conpulsorum eludant sub eo obtentu, quod sponte pronius inferant expetenda. Qua usurpatione patefacta promulgamus, ut huiusmodi impetrationis novitate supplosa, quae vulgo autopractorium vocatur, universa pensitationis profligandae quae fuit reviviscat sollemnitas et curiales vel apparitio provincialis huius muneris vota procurent, exceptis his, quos eminentissimae tuae sedis specialiter consideratio digessit. DAT. XIIII KAL. IVN. HONOR(IO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

*V*

1 quidam] $V^2$, quoddam $V^1$ 2 pronius] *fortasse* promptius 3 autopractorium] *scripsi*, autopractorum, *Gothofredus*, auctopractorum *V* 4 reniuescat *V*

XI, 22, 5 (410 Mai. 25 vel Iun. 24).

IDEM A. HERCVLIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ILLYRICI. Quod olim meminimus constitutum, hac generali denuo legis praeceptione sancimus, ne cuiquam liceat praestationes possessionum ad aliud territorium ex alio transferre, sed omnibus modis in eo loci tributaria agnoscatur inlatio, quem fides censuum retinet et necessitas publicae adscribtionis adstringit. Quod si ulterius ab officio praefecturae praesentia vel priora statuta fuerint temerata, centum librarum auri multa ferietur, sed et singuli, qui nequaquam prohibitis temperabunt, viginti librarum auri dispendia sustinebunt. DAT. VIII KAL. IVL. CONSTANTINOP(OLI) VARANA V̄. C̄. CONS.

*V*

4 censuum] *Gothofredus*, censum *V* 7 uiiii k. iun. *lex iuncta*

## XXIII. DE PROTOSTASIA.

XI, 23, 1 (361 Mai. 3).

IMP. CONSTANTIVS A. AD SENATVM. Protostasiae munus hactenus senatores inposita necessitate sustentent, ut isdem senatorum census implendae necessitatis contemplatione socientur nec cuiusquam alterius iuga aut capita senatorum censibus adgregentur, cum protostasiae munus ita debeant sustinere, ut ad eum numerum, quem ipsi censuali sorte sustentant, senatorum tantum censibus nexis eandem necessitatem debeant explicare. DAT. V NON. MAI. TAVRO ET FLORENTIO CONSS.

*V*

2 hisdem *V* 3 nec] *Gothofredus*, ne *V*

XI, 23, 2 (362 Mart. 13).

IMP. IVLIANVS A. SALLVSTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Prototypias et exactiones in capitatione plebeia curialium munera et quidem inferiora esse minime dubitatur, atque ideo a senatoriis easdem domibus submoveri oportet. ET CETERA. DAT. III ID. MART. CONSTANTINOP(OLI) MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

*V*

1 iulianus *V*

XI, 23, 3 (396 Iun. 30).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. PRAESIDI FRYGIAE PACATIANAE. Cessantibus his, quae quibusdam cuniculis et subreptionibus impetrata noscuntur, et salvis privilegiis

1 pacatianae] *Gothofredus*, palestinae *V*

dignitatum, gravitas tua universos faciat protostasiae subcumbere functioni, ut et officia publica maturius peragantur et privatorum merita ex hac distributione providentissime conserventur. DAT. PRID. KAL. IVL. CONSTANTINOP(OLI) ARCAD(IO) A. IIII ET HONOR(IO) A. III CONSS.

V

1 subcumcumbere *V*

---

3, 4 (396 Dec. 21).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. EVTHYMIO VIC(ARI)O ASIAE. Qui ex primipilaribus sunt, protostasiae necessitatibus oboedire cogantur nec aliqua se obreptione subtrahere. DAT. XII KAL. IAN. ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

V

1 eutymio *V*b, etymio *V*a

## XXIIII. DE PATROCINIIS VICORVM.

*Iust.* 11, 54: ut nemo ad suum patrocinium suscipiat vicos vel rusticos eorum.

4, 1 (360 Febr. 4).

IMP. CONSTANTIVS A. ET IVL(I)ANVS CAES. HELPIDIO. Colonorum multitudinem indicasti per Aegyptum constitutorum ad eorum sese, qui variis honoribus fulciuntur, ducum etiam patrocinia contulisse. Universos itaque, quos tantum sibi claruerit temeritatis adsumere, ut praebeant latebram et defensione repromissa aditum implendae devotionis obclaudant, iubemus urgeri, ut debita, quaecumque vicani, quorum consortio recesserunt, e propriis facultatibus fisci docebuntur commodis intulisse, idem cogantur expendere. Eos quoque, quos in defensionem suam videntur suscepisse, ab eorum patrocinio facias separari. DAT. PRID. NON. FEB. CONSTANTINOP(OLI) CONSTANTIO A. X ET IVLIANO CAES. III CONSS.

V

1 Helpidio] *scilicet* ppo colonum *V* 2 fulciuntur] *V*1, falciuntur *V*b, faciuntur *V*a | 5 consortio] a consortio *Beck* 8 *De die vide ad 1, 7, 1*

---

4, 2 (370 [368?] Nov. 12).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD AVXONIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Abstineant patrociniis agricolae subiugandi supplicio, si talia sibimet adiumenta commentis audacibus conquisierint. Ii vero, qui propria patrocinia largiuntur, per singulos fundos, quotiens repperti fuerint, viginti et quinque auri libras dare debeant et non quantum patroni suscipere consuerant, sed dimidium eius fiscus adsumat. DAT. PRID. ID. NOVEMB. MARCIANOP(OLI) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE III AA. CONSS.

V

3 hii *V* 4 *scr.* debent 6 *cum extet alia lex* (7, 13, 6) *data ad Modestum hoc anno Sept. 18 annumque eius firmet tertia* (1, 29, 5) *Aug. 10 per locum utrique communem, in hac data Auxonio, cui Modestus successit, pro* III | AA. *videtur scribendum esse* II AA. *(ita Tillemont ad Valentem not. 7); id ipsum ideo requiritur, quod Valens a. 368 exeunte Marcianopoli fuit neque tamen a. 370.*

---

4, 3 (395 Sept. 30).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. HERACLIANO COM(ITI) AEGYPTI. Quicumque ex officio tuo vel ex quocumque hominum ordine vicos in suum detecti fuerint patrocinium suscepisse,

1 hononōr *V*

constitutas luent poenas. Possessores autem conpetenter coherciti etiam inviti statutis imperialibus oboedire et muneribus publicis satisfacere cogantur. Quoscumque autem vicos aut defensionis potentia aut multitudine sua fretos publicis muneribus constiterit obviare, ultioni, quam ratio ipsa dictabit, conveniet subiugari. DAT. PRID. KAL. OCTOB. OLYBRIO ET PROB(INO) CONSS.

*V*

4 obuiari *V*

---

XI, 24, 4 (399 Mart. 10).

IDEM AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Censemus, ut, qui rusticis patrocinia praebere temptaverit, cuiuslibet ille fuerit dignitatis, sive magistri utriusque militiae sive comitis sive ex proconsulibus vel vicariis vel Augustalibus vel tribunis sive ex ordine curiali vel cuiuslibet alterius dignitatis, quadraginta librarum auri se sciat dispendium pro singulorum fundorum praebito patrocinio subiturum, nisi ab hac postea temeritate discesserit. Omnes ergo sciant non modo eos memorata multa feriendos, qui clientelam susceperint rusticorum, sed eos quoque, qui fraudandorum tributorum causa ad patrocinia solita fraude confugerint, duplum definitae multae dispendium subituros. DAT. VI ID. MART. CONSTANTINOP(OLI) THEODORO V̄. C̄. CONS.

*V*

5 postea] *fortasse* praepostera

---

XI, 24, 5 (399 Mai. 25).

IDEM AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Excellentia tua his legibus, quae de prohibendis patrociniis aliorum principum nomine promulgatae sunt, severiorem poenam nos addidisse cognoscat, scilicet ut, si quis agricolis vel vicanis propria possidentibus patrocinium reppertus fuerit ministrare, propriis facultatibus exuatur, his quoque agricolis terrarum suarum dispendio feriendis, qui ad patrocinia quaesita confugerint. DAT. VIII KAL. IVN. CONSTANTINOP(OLI) THEODORO V̄. C̄. CONS.

*V*

2 principium *V*

---

XI, 24, 6 (415 Dec. 3).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. AVRELIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Valerii, Theodori et Tharsacii examinatio conticiscat, illis dumtaxat sub Augustaliano iudicio pulsandis, qui ex Caesarii et Attici consulatu possessiones sub patrocinio possidere coeperunt. Quos tamen omnes functionibus publicis obsecundare censemus, ut patronorum nomen extinctum penitus iudicetur. Possessiones autem athuc in suo statu constitutae penes priores possessores residebunt, si pro antiquitate census functiones publicas et liturgos,
1 quos homologi coloni praestare noscuntur, pro rata sunt absque dubio cogrituri. Metrocomiae vero in publico iure et integro perdurabunt, nec quisquam eas vel aliquid in his possidere temptaverit, nisi qui ante consulatum praefinitum coeperit procul dubio possidere, exceptis convicanis, quibus pensitanda pro fortunae condicione negare non possunt.
2 Et quicumque in ipsis vicis terrulas contra morem fertiles possederunt, pro rata posses-
3 sionis suae glebam inutilem et conlationem eius et munera recusent. Ii sane, qui vicis quibus adscribti sunt derelictis, et qui homologi more gentilicio nuncupantur, ad alios seu vicos seu dominos transierunt, ad sedem desolati ruris constrictis detentatoribus

2 arsacii *Gothofredus* 3 caesario *V* 5 paenitus *V* paenes *V* 7 omologi *V* abque *V* cognitori *V* 8 nec] *Gothofredus*, ne *V* 10 quibus] *scripsi*, a quibus *V* 12 recusent] recognoscent *vir doctus apud Haenelium*, ne recusent *Gothofredus* hii *V* 12/14 qui homologi (omologi *V*) m. g. nuncupantur et vicis q. a. s. derelictis ad alios *scr.* 14/615, 1 *fortasse scr.* redire cogantur adstrictis detentatoribus qui

redire cogantur, qui si exsequenda protraxerint, ad functiones eorum teneantur obnoxii
4 et dominis restituant, quae pro his exsoluta constiterit. Et in earum metrocomiarum locum, quas temporis labsus vel destituit vel viribus vacuavit, ex florentibus aliae sub-
5 rogentur. || ⌜Arurae quoque⌝ et possessiones, quas curiales quolibet pacto publicatis aput acta provincialia desideriis suis vel reliquerunt vel possidere alios permiserunt, penes eos, qui eas excoluerunt et functiones publicas recognoscunt, firmiter perdurabunt, nullam habentibus
6 curialibus copiam repetendi. || Quidquid autem in tempus usque dispositionis habitae a viro inlustri decessore sublimitatis tuae ecclesiae venerabiles, id est Constantinopolitana atque Alexandrina possedisse deteguntur, id pro intuitu religionis ab his praecipimus firmiter retineri, sub ea videlicet sorte, ut in futurum functiones omnes, quas metrocomiae debent et publici vici pro antiquae capitationis
7 professione debent, sciant procul dubio subeundas. Nequaquam cefalaeotis, irenarchis, logografis chomatum et ceteris liturgis sub quolibet patrocinii nomine publicis functionibus denegatis, nisi quid ex his quae exigenda sunt vel neglegentia vel contemptus
8 distulerit. Metrocomias possidere nostro beneficio meruerunt, et publicos vicos committere compellantur. DAT. III NON. DECEMB. HONOR(IO) X ET THE(O)D(OSIO) VI AA. CONSS.

|| *inc.* ⌜Rura⌝ IVST.

|| *fin.* IVST.

*V.* — IVST. 11, 59, 14.

4 arure *V* 6 paenes *V* 9 a uiro] *sic* (*non* auro) *V* 13 debent *delendum* cefaleotis hirenarchis *V* 15 nisi] *scr.* si 16 metrocomias] qui metrocomias *Gothofredus*

## XXV. DE QVADRIMENSTRVIS BREVIBVS.

*Iust.* 1, 42: de quadrimenstruis tam civilibus quam militaribus brevibus.

25, 1 (393 Mai. 21).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quotienscumque quadrimenstrui breves ab apparitoribus ducianis ad sedem vestrae celsitudinis destinantur, parilis notitia provinciali quoque tradatur officio, ut, priusquam ad iudicium vestrum examinanda mittantur, ibidem sub utrorumque praesentia conferantur, ut, qui perperam vel petita vel erogata notaverit, confutetur, ne discordante brevium modo in eorum damnum expensa revocetur, qui susceptionibus vel nominationibus obligati quae militum nomine petuntur exsolvant, nec inputari sibi quod exsolverint congemiscunt. DAT. XII KAL. IVN. CONSTANTINOP(OLI) THE(O)D(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

*V*

5 discordanti *V* 7 exsoluant] *fortasse* exsoluentes 7/8 congemescunt *V*

## XXVI [= BREV. VII]. DE DISCVSSORIBVS.

de discussionibus *HGP*[1]*MLS*. — *Iust.* 10, 30.

26, 1 (369 Mai. 14).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD ARTEMIVM VIC(ARIVM) HISPANIARVM. Quotiens in disceptatione constiterit inique discussionem fuisse confectam et fidem facti non poterit adprobare discussor, ipse in eodem titulo et in eodem modo ad solvendum protinus urgeatur, in quo alterum perperam fecerit debitorem. DAT. PRID. ID. MAI. VALENTINIANO NB. P. ET VICTORE CONSS.

*V (cum Solms.).* — IVST. 10, 30, 1.

1 arthemium *V* 3 titulo et in eodem *om.* *V*[1]

XI, 26, 2 [= BREV. XI, 7, 1] (400 Nov. 27).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Maximas praedas hoc pacto agi de provincialibus certum est, ut acceptae semel securitates et regestae polyptychis a discussoribus vel apparitoribus denuo postulentur, non quod utilitas publica flagitat, sed ut, si casu est amissa securitas, maior praeda nascatur. Decernimus itaque, ut, quando insertae securitates ratiociniis publicis continentur, rursus per iniuriam non petantur. DAT. V KAL. DEC. STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

**IVST.**

**Ne casu amissa securitate publica quaedam praeda nascatur collatoribus, decernimus, ut, quando securitates a discussoribus seu apparitoribus expositae ratiociniis publicis continentur, rursus per iniuriam non petantur.**

**INTERPRETATIO. Lex ista hoc iubet in hoc maximam praedam exactores de provincialibus exercere, ut post emissas securitates iterum polypticos et securitates incipiant postulare, quod ab his non pro publica utilitate fieri, sed ut, si securitates inventae non fuerint, maior eis praeda nascatur. Ideoque statuit, ut, si securitates ratiociniis publicis vel in polypticis exactorum continentur, iterum per cupiditatis nequitiam non petantur.**

*V.* — BREV. *(H[deficit* 12 *in* exactores*]NGOECPMLS).* — IVST. 10, 30, 2.

1 aa *om. O* messali *S,* missale *G* 2/3 hoc (haec *M*) pacto *post* certum est *O* 3 ut *om. G* 3/4 deceptae $G^{v}$*CPMLS* 4 semel] simul *GECPMLS* securitatis *GEC* et] ex *O* regestae] rei gestae *Brev. (praeter H?)* polypticis *V et plerique,* polepticis *ES,* his polipticis *H* 5 a] ad *L* apparitoribus] a praetoribus *N,* aparatoribus *GE* 5/6 postuletur *V* 6 flagitetur *O* 7 ut *om. H* cadsu *H* amissa] ramissa $V^{1}$, ista ipsa $G^{v}$ 8 nascitur *H* ut *om.* $E^{a}$ quando] si quando *O* insertae (-ta *N*) securitates (-tis *NCPMLS*)] s. i. *O* 9 continetur $L^{a}$, non teneantur *H* 10 per] uel *H* peccantur $G^{a}$ 10/11 dat. u k. dec. (med. *inserunt CPMS interpolantes opinor*) stilichone (stilicone *fere libri*) et aur. (iuliano *E*) *libri* 12 *ante* lex *rubricam repetit E* iubet] continet $G^{t}$, dicit *E* hoc] hac *G* maxima praeda *L* 13 polepticos *E* et *om.* $G^{b}$ accipiant *S* 14 ab] ad *N* non *om. in sp. vac. C* si *om. NES* maior] maiores *S* 15 ideoque . . . . . publicis *om. S* ut] et *L* securitas *PM* 16 non *om.* $E^{t}$ conteneantur *N,* retinentur $E^{v}$ cupiditates *NG*$E^{b}$ nequitia *GC* petatur *L*

# XXVII. DE ALIMENTIS, QVAE INOPES PARENTES DE PVBLICO PETERE DEBENT.

XI, 27, 1 (315 Mai. 13).

IMP. CONSTANTINVS A. AD ABLAVIVM. Aereis tabulis vel cerussatis aut linteis mappis scribta per omnes civitates Italiae proponatur lex, quae parentum manus a parricidio arceat votumque vertat in melius. Officiumque tuum haec cura perstringat, ut, si quis parens adferat subolem, quam pro paupertate educare non possit, nec in alimentis nec in veste inpertienda tardetur, cum educatio nascentis infantiae moras ferre non possit. Ad quam rem et fiscum nostrum et rem privatam indiscreta iussimus praebere obsequia. DAT. III ID. MAI. NAISSO CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII AA. CONSS.

*V (cum Solms.).*

4 pro *om.* $V^{1}$ educare *bis* $V^{1}$

XI, 27, 2 (322 Iul. 6).

IDEM A. MENANDRO. Provinciales egestate victus atque alimoniae inopia laborantes liberos suos vendere vel obpignorare cognovimus. Quisquis igitur huiusmodi repperietur,

1 Menandro] *mag. incertus* aegestate *V*

qui nulla rei familiaris substantia fultus est quique liberos suos aegre ac difficile sustentet, per fiscum nostrum, antequam fiat calamitati obnoxius, adiuvetur, ita ut proconsules praesidesque et rationales per universam Africam habeant potestatem et universis, quos adverterint in egestate miserabili constitutos, stipem necessariam largiantur atque ex horreis substantiam protinus tribuant competentem. Abhorret enim nostris moribus, ut quemquam fame confici vel ad indignum facinus prorumpere concedamus. DAT. PRID. NON. IVL. ROM(AE) PROBIANO ET IVLIANO CONSS.

*V*

1 sustentent *V* 3 habeant potestatem et (ut *Gothofredus*) *delendum* 4 aegestate *V*

## XXVIII. DE INDVLGENTIIS DEBITORVM.

28, 1 (363 [362] Oct. 26).

IMP. IVLIANVS A. AD AVITIANVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Excepto auro et argento cuncta reliqua indulgemus. DAT. VII KAL. NOV. ANTIOCHIAE, ACC. XV KAL. APRIL. KARTHAG(INE) IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS.

*V*

28, 2 (395 Mart. 24).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. DEXTRO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quingenta viginti octo milia quadraginta duo iugera, quae Campania provincia iuxta inspectorum relationem et veterum monumenta chartarum in desertis et squalidis locis habere dinoscitur, isdem provincialibus concessimus et chartas superfluae discribtionis cremari censemus. DAT. VIIII KAL. APRIL. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

*V*

4 hisdem *V* describtionis *V*

28, 3 (401 Iun. 25).

IDEM AA. ANDROMACHO P(RAEFECTO) V(RBI). Omnium titulorum, sive qui ad inlustres viros praefectos praetorio sive qui ad largitiones nostras pertinent, usque in consulatum primum clementiae nostrae, id est usque indictionem quintam decimam, quae proxima fuerit, reliqua universa concedimus. Atque ut ipsa memoria reliquorum intercidat, chartas omnes, sive quas tabularii civitatum sive officia iudicum sive officium palatinum sive discussores habent, quibus tamen eius temporis et debitorum nomina et debita continentur, undique in medium congregatas palam flammis iubemus aboleri. Post consulatum vero mansuetudinis nostrae, id est a prima indictione in consulatum Olybrii et Probini, omnium reliquorum exactionem suspendi oportere censemus, donec admoniti ordinarii iudices nominatorios breves absque ulla conscribtos fraude transmittant, quibus aperte liqueat, quae penes minuscularios, quae penes curiales debita, quae etiam in defectis domibus habeantur, his enim praecipue consulendum est, qui iusto remedio indigent. Noverint igitur officia ad se omne dispendium rediturum, si occultatis idoneis in eorum locum faeneos defectosve subiecerint. Ex consulatu sane Olybrii et Probini, id est ex nona indictione in praesentem diem adcelerari solutionem omnium conveniet debitorum.

1 ardromacho *V* 4 fuit *Gothofredus* 8 nostrae] *scr.* nostrae primum 10 nominatarios *V* 11 paenes *V* paenes *V* etiam] *Gothofredus*, tam *V*

Eos etiam, qui personalibus debitis sacro aerario tenentur adstricti, id est conductores diversorum portuum ac vectigalium, volumus esse securos. Publicani etiam et telonarii, praepositi thesaurorum adque bafiorum, procuratores gynaecceariorum ac monetariorum ceterique, quos omnes in chartis suis officium palatinum sine ullo aetatis fine custodit, decernimus, ut, quaecumque per eos debita contracta sunt, submoveantur. Ab heredibus etiam memoratorum exactionis atrocitas conquiescat. DAT. VII KAL. IVL. MED(IOLANO) VINCENTIO ET FRAVITO CONSS.

*V*

2 puplicani $V^1$ thelonarii *(em. m. rec.)* *V* 3 bafyorum *V* gynechceariorum *V* 6/7 *consulatus Honorii primus respondet a. 386, ei aequiparata indictio XV a. 386/7, sequenti indictio I a. 387/8; consulatus Olybrii et Probini a. 395, indictio VIIII a. 395/6, indictio XV ei proxima a. 401/2. Ante eius initium cum constitutio data sit, confirmatur subscriptus dies 401 Iun. 25. Reliquae constitutiones ad Andromachum pu datae cum sint a. 395, probabile est eum praefecturam urbanam bis administrasse*

XI, 28, 4 (408 Sept. 13).

IDEM AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ab omni intra Italiam iugatione, quam muuere annonariae functionis absolvimus, etiam glebalem pensionem iubet serenitas nostra removeri. DAT. ID. SEPT. MED(IOLANO) BASSO ET PHILIPPO CONSS.

*V*

1 *requiritur* impp. Honorius et Theodosius AA.

XI, 28, 5 (410 [409] Nov. 25).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. HONORATIS ET POSSESSORIBVS PER AFRIC(AM). Reliquorum ex fiscalibus titulis cuncta debita nostrae mansuetudinis indulgentia subsequatur. ET CETERA. DAT. VII KAL. DEC. POST CONS. HONOR(II) VIII ET THEOD(OSII) III AA.

*V*

2 mansetudinis *V* 3 pos *V* *Subscriptum videtur fuisse* VII k. Dec. [Honorio VIII et Theodosio III AA. conss., accepta . . . .] post cons. Honorii VIII et Theodosii III AA., *quo ducit et quod sequitur constitutio data a. 410 VII k. Iul., et postconsulatus principio anni conveniens.*

XI, 28, 6 (410 Iun. 25).

IDEM AA. MACROBIO PROCONS(VLI) AFRIC(AE). Considerantes Africae devotionem usque in initium fusionis quintae universa reliqua, quae tam ad arcam sublimium potestatum quam ad largitiones pertinent, relaxari praecipimus. Privatae quoque rei debita similiter relaxamus chartis abolitis, quibus debita publica continentur. DAT. VII KAL. IVL. RAV(ENNAE) VARANA CONS.

*V*

2 *indictio V respondet in Africa (vide ad 11, 28, 8) a. 405/6*

XI, 28, 7 (413 Mai. 8).

IDEM AA. IOHANNI P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Campaniae Tusciae Piceno Samnio Apuliae Calabriae, sed et Brittiis et Lucaniae ex omni praestationis modo, quem antiqua sollemnitas detinebat, quattuor partes iubemus auferri, ita ut ex indictione decima quinque

1 apuliae *V* 3 ex indictione decima] *indictio decima cum respondeat a. 411 Sept. 1—412 Aug. 31, accepta cum constitutio currente indictione XI: ita anni quinque finiunt a. 416 Aug. 31. Expectamus sane annos taxumodo futuros, currentes scilicet ex indictione decima tertia*

annorum indulgentia contributa partem solvant publicae functionis. Ad reparationem sane cursus intra indulgentiae tempus quidquid fuerit postulatum, id solum conferri censuimus. DAT. VIII ID. MAI. RAV(ENNAE) LVCIO V̄. C̄. CONS.

---

*V*

1 partem] *scr.* quintam partem solam

---

28, 8 (414 Apr. 3).

IDEM AA. SELEVCO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Naviculariis intra Africam ex quarta decima indictione consulatus Valentiniani Aug. III et Eutropi v(iri) c(larissimi) usque ad indictionem quartam consulatus nostri septies et Theodosi iterum omnia reliqua indulgemus. DAT. III NON. APRIL. RAV(ENNAE) CONSTANTIO ET CONSTANTE CONSS.

---

*V*

1 seleucho *V* 2 consolatus *V* *Consulatus Valentiniani III et Eutropii a. 387 secundum computum solitum respondet indictioni XV/I, consulatus Honorii VII et Theodosii II a. 409 indictioni V/VI; numeros uno minores explicat novella Valentiniani III I:* in quartam usque indictionem per omnes provincias atque insulas Italiae, per Africam vero tertiae indictionis

---

28, 9 (414 Apr. 9).

IDEM AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Per omnes provincias Orientis ex indictione undecima Valentiaca in quintam usque nuper transactam indictionem, annorum scilicet quadraginta, id est ex consulatu divorum Valentiniani et Valentis iterum Augustorum usque ad consulatum invictissimi Honorii patrui mei septies et meum iterum, omnium generalium titulorum sub aequa lance tam curiis quam conlatori privato et patrimoniali, divinae quin etiam domui omnique iuri munifico, nec non et cellariis, praeter trium metallorum debitoribus Docimeni, Proconensis et Troadensis, concessimus reliqua, sive species sive aes pecunia aurum argentumque debetur, ita ut nec horreis et praefectoriae arcae nec nostro aliquid ex his aerario debeatur; sequentis temporis debitis ex indictione sexta usque ad praesentem duodecimam emergentibus necessitatibus reservatis. DAT. V ID. APRIL. CONSTA(NTI)NOP(OLI) CONSTANTIO ET CONSTANTE CONSS.

DE EADEM RE SCRIBTVM EDICTVM AD POPVLVM: AD MARCIANVM COM(ITEM) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM): MVSELLIO PRAEPOSITO SACRI CVBICVLI DE TITVLIS AD DOMVM SACRAM PERTINENTIBVS: AD RECTORES PROVINCIARVM: ET DE METALLARIIS EDICTVM AD POPVLVM PER PROVINCIAS ILLYRICI ET AD RECTORES PROVINCIARVM.

---

*V*

2 in *om. V* 7 proconensi *V* concessim *V* 11 *indictio XI Valentiaca respondet a. 367/8, consulatus Valentiniani II et Valentis II a. 368 (videtur igitur intellegi indictionis finis), indictio 'nuper transacta' V a. 407/8, consulatus Honorii VII et Theodosii II a. 407, indictio VI a. 408/9, indictio praesens XII a. 413/4*

---

28, 10 (415 Iul. 11).

IDEM AA. AVRELIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Indulgentiam, quam ex undecima indictione Valentiaca in quintam usque nuper transactam generaliter per omnes provincias et populos sparsimus, nonnulli visi sunt in suum conpendium rapinamque convertere, ut fierent privata debita, quae fuerant publica. Ideoque ut largitatem nostram non nomine, sed re ipsa provinciales experiantur, a nullo ordine obtentu anticipatae per se inlationis ulterius aliquid exigantur, cum eis sufficere debeat ad medellam, quidquid et ipsi ex

---

3 uisi] $V^{rec.}$, usi *V*

eadem indulgentia meruerunt, quam sacrilego animo temerare conati sunt. DAT. V ID. IVL. CONSTAN(TIN)OP(OLI) HONOR(IO) X ET THEOD(OSIO) VI AA. CONSS.

---

*V*

---

XI, 28, 11 (416 Sept. 9).

IDEM AA. MONAXIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Primipili reliqua, tamquam ad nuper emissam generalem indulgentiam minime pertineant, flagitari cognovimus. Ideoque sancimus primipili quoque reliqua eiusdem temporis relaxari nec quemquam debere pro eo tempore, quod indulgentia definivit, primipili vel cuiuslibet alterius tituli gratia conveniri praeter Docimeni, Proconensis et Troadensis metallorum debitores, quos et dudum latae indulgentiae series conprehendit. DAT. V ID. SEPT. HERACLEAE THEOD(OSIO) A. VII ET PALLADIO CONSS.

---

*V*

5 et dudum] *expectes* nec dudum

---

XI, 28, 12 (418 Nov. 15).

IDEM AA. PALLADIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Praeter censuales functiones Campania, quam et vetustatis gravior onerat adscribtio et post hostium vastavit incursio, peraequatis territoriis nonam partem tantummodo praeteriti assis publicarum toleret functionum. Picenum vero et Tusciam suburbicarias regiones septimam tributorum ad supputationem professionis antiquae per universos titulos iubemus agnoscere, ut reciso antiqui census onere is tantum modus, quem superius conprehendimus, chartis publicis inseratur, hac condicione, ut omnis super desertorum nomine querella in posterum conquiescat. DAT. XVII KAL. DEC. RAV(ENNAE) HONOR(IO) XII ET THEOD(OSIO) VIII AA. CONSS.

---

*V*

1 censuales] cursuales *Gothofredus* 3/4 punctionum *V* 5 antique *V* reciso] *V*rec., | recisio *V*

---

XI, 28, 13 (422 Febr. 20).

IDEM AA. VENANTIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Breves, quos spectabiles ac probatissimi nobis viri ac palatinorum sacrarum vel ad praetoriana scrinia detulerunt, et professionis modum eum, qui brevibus sedit, scribi volumus, eum vero qui recisus est de chartis publicis iubemus auferri. Unde secundum fidem polyptychorum per provinciam proconsularem novem milia duas centurias iugera centum quadraginta unum in solvendo et quinque milia septingentas centurias iugera centum quadraginta quattuor semis in removendis, per provinciam vero Byzacenam in praestanda functione septem milia quadringentas sexaginta centurias iugera centum octoginta, septem milia sescentas quindecim vero centurias iugera tria semis in auferenda constat adscribta, ut circa eos, quibus conlocata ac relevata sunt praedia, ad securitatem perpetuae proprietatis intermina possint aetate servari. De his vero, quae edictis pendentibus nondum sunt certis adsignata personis, rectores provinciarum decernimus providere, ut manentibus remediis, quae fides supra dicta adtribuit, idoneis conlocentur. DAT. X KAL. MART. RAV(ENNAE) HONOR(IO) XIII ET THEOD(OSIO) X AA. CONSS.

---

*V*

2 ac palatinorum sacrarum uel] *fortasse* ad (*sic Gothofredus*) palatina privatarum sacrarumue | uel 4 polypticorum *V* prouincias proconsolarem *V*

28, 14 (423 Febr. 8).

IDEM AA. RVFINO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Quod de annonariis functionibus per urbicarias regiones clementia nostra concessit, etiam in largitionalibus titulis et enfyteuticis rei publicae praediis custodiri mandamus. Amotis igitur reliquis etiam circa largitionales titulos debita ex praesenti indictione constituet chartis abolitis debitorum. Capitali sane supplicio percelletur, quisquis provincialem supra constitutum hac auctoritate modum debitae functionis adstrinxerit. REGESTA VI ID. FEB. RAV(ENNAE) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

*V*

2/3 enfyteuticis] $V^a$, enfytheuticis $V^b$ 4 constitues *Gothofredus* 5 sano *V* 6 adstrinxerint *V*

28, 15 (434 Iun. 20).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. TAVRO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ET PATRICIO. Quicumque ex inposita describtione donatis relevatisque per sacram liberalitatem obnoxium se esse ex parte vel ex integro cognoscit, nostri numinis beneficio liberetur. ET CETERA. DAT. XII KAL. IVL. CONSTAN(TIN)OP(OLI) ARIOVINDO ET ASPARE CONSS.

*V*

1 theodorus *V* $\overline{\text{ppo}}$] proposito *V* 4 hariobindo *V*

28, 16 (433 Apr. 22).

IDEM AA. TAVRO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. A sexta indictione, ad quam superior indulgentia usque processit, ad undecimam nuper transactam sub aequa dimensione tam curiis quam possessori privato ac patrimoniali, divinae quin etiam domui, ex omni iure munifico nec non et in speciebus cellariensibus reliqua indulgemus, ita ut, quae in istis viginti annis a sexta, qua dictum est, indictione undecimam usque per omnes titulos sive in speciebus sive pecunia auro argentoque, debentur nomine reliquorum, omnibus concedantur. Nihil de his viginti annis speret publicorum cumulus horreorum, nihil arca amplissimae praefecturae, nihil utrumque nostrum aerarium. DAT. X KAL. MAI. THEOD(OSIO) A. XIIII ET MAXIMO $\overline{\text{V}}$. $\overline{\text{C}}$. CONSS.

*V*

1 sexcta *V: sexta indictio = a. 407 Sept. 1—408 Aug. 31* 2 ad undecimam] *a. 427 Sept. 1—428 Aug. 31* 3 domui] *Gothofredus*, domus *V* 8 amplissime *V*

28, 17 (436 Iul. 14).

IDEM AA. ISIDORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Debita susceptoribus ante decimam indictionem congregata, quae sedes excelsa pretiis humanioribus adaeravit, ex parte dimidia condonamus, arcae cetera inferri praecipimus. DAT. PR(ID). ID. IVL. CONSTANTINOP(OLI) ISIDORO ET SENATORE CONSS.

*V*

1/2 ante decimam indictionem] *ante a. 426 Sept. 1*

# XXVIIII. DE RELATIONIBVS.

uiiii de relationibus *in litura V.* — *Iust.* 7, 61.

XI, 29, 1 (312 [313] Dec. 27).

IMP. CONSTANTINVS A. AD CLAVDIVM PLOTIANVM CORRECTOREM LVCANIAE ET BRITTIOR(VM). POST ALIA: Super paucis, quae iuridica sententia decidi non possunt, nostram debes consulere maiestatem, ne occupationes nostras interrumpas, cum litigatoribus legitimum remaneat arbitrium a sententia provocandi. DAT. VI KAL. IAN. TREV(IRIS), ACC. VIII ID. FEB. REGIO CONSTANTINO A. III ET LICINIO III CONSS.

---

*V*

2 paucis] paucis his *malim* debes] $V^1$, alibi non debes $V^2$ *in margine* 4 ui] iii *iuncta* 11, 30, 1. — *Consulatum apparet trahendum esse ad diem priorem, constitutionem datam esse 313 Dec. 27, acceptam 314 Febr. 6; nam a. 312 extremo Constantinus morabatur Romae*

---

XI, 29, 2 (319 Febr. 10).

IDEM A. PROFVTVRO P(RAE)F(ECTO) ANNONAE. Si quis iudicum duxerit esse referendum, nihil ⌈ pronuntiet, sed magis super quo haesitandum putaverit, nostram consulat scientiam aut, si tulerit sententiam, minime postea, ne a se provocetur, relatione promissa terreat litigantes ⌈. DAT. IIII ID. FEB. SIRMIO CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS.

| ⌈ inter partes IVST.

| ⌈ sciens, quod, si hoc fecerit, nihilo minus iure appellationum res agitabitur: sed nec ad nos mittatur aliquid, quod plena instructione indigeat. IVST.

---

*V.* — IVST. 7, 61, 1.

2 quo] *Iust.*, quod *V*

---

XI, 29, 3 (368? 370? Dec. 30).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD VIVENTIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Super delictis provincialium numquam rectores provinciarum ad scientiam principum putent esse referendum, nisi ediderint prius consultationis exemplum. Quippe tunc demum relationibus plena maturitas est, cum vel allegationibus refelluntur vel probantur adsensu. DAT. III KAL. IAN. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

---

*V.* — IVST. 7, 61, 2.

3 consulationis $V^1$

---

XI, 29, 4 (369 Mai. 10).

IDEM AA. ET GRATIANVS A. AD APODEMIVM. Si quando ratio aut necessitas est in negotiis nostra iudicia requirendi exspectandique responsa, omnem omnino causam relationis series conprehendat, ut recitata consultatione, quae ita est dirigenda, propemodum actorum recensione non opus sit; actis etiam necessario sociandis. DAT. VI ID. MAI. TREV(IRIS) VALENTINIANO NB. P. ET VICTORE CONSS.

---

*V.* — IVST. 7, 61, 3.

1 Apodemium] *mag. incertus* 3 consulatione *V* 3,4 auctorum $V^1$

29, 5 (374 Febr. 14).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GRA(TI)ANVS AAA. AD EVPRAXIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Quicumque iudicum vel appellatione interposita vel ipse dubitans relationem in causa vel civili vel criminali spoponderit sese missurum, exemplum opinionis edendae refutatoriorumque dandorum, sed et transmittendae relationis intra eum diem servet, qui Constantiniana lege decretus est, ita ut simul omnia ad eam de qua refertur causam pertinentia acta transmittat. Quod si qui iudicum posthac non ita observaverit cuncta in relationibus dirigendis, quae iam pridem statuta sunt, eo crimine tenebitur una cum officio, quod ordinem servandorum suggerere neglexerit, quo tenentur, qui sacrilegium admiserint. ET CETERA. P(RO)P(OSITA) XVI KAL. MART. GR(ATI)ANO A. III ET EQVITIO CONSS.

*V*

1 graanus (*sic*) *V* 3/4 reputatoriorumque *V*[1] 4 dandorum sed .... intra eum diem seruet] *scr.* dandorum faciat sed et tr. r. eum diem seruet (*add.* faciet *et del.* intra) 4/5 constantiniana] *Gothofredus*, constantiana *V* 9 aequitio *V*

---

29, 6 (416 Sept. 9).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. PALLADIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Numquam ad unius litigatoris querimoniam nostris altaribus suggestio offeratur, ita ut, si cuiusquam ambitione plectenda inportunitas id forte meruerit, ei, cuius intentione contra generale factum fuerit constitutum, damnum litis iudex infligat nec umquam in redivivum statum negotium redigatur, quod hac fuerit condicione praesumptum. DAT. V ID. SEPT. RAV(ENNAE) D̄. N̄. THEOD(OSIO) A. VII ET PALLADIO CONSS.

*V*

2 quaerimoniam *V* 4/5 infligat nec u. in rediuiuum (*sic corr.*, *antea* rediuium) . . . redigatur] *V*[2], infligatur *V*[1]

## XXX [= BREV. VIII]. DE APPELLATIONIBVS ET POENIS EARVM ET CONSVLTATIONIBVS.

*Rubr. om. O* appelationibus *V* eorum *N* consolationibus (conlationibus *S*) *Brev.* — *Iust.* 7, 62: de app. et cons.

30, 1 (312 vel 313 [313] Dec. 30 [27]).

IMP. CONSTANTINVS A. AD CLAVDIVM PLOTIANVM CORRECTOREM LVCANIAE ET BRITTIOR(VM). ⌜Si in negotio civili cognitis utrisque actionibus pronuntiaveris te ad nostram scientiam relaturum, consultationis exemplum litigatoribus intra decem dies⌝ edi aput acta ⌜iubeas⌝, ut, si cui forte relatio ⌜tua⌝ minus plena vel contraria videatur, is refutatorias preces similiter ⌜tibi⌝ aput acta ⌈ offerat ‖ intra dies quinque, quam illi exemplum consultationis tuae obtuleris. Iam dicationis tuae est omnia, quae aput te vel aput alios gesta fuerint in eo negotio, consultationi tuae cum refutatoriis litigantis adnectere, ita ut scias et decem dies, intra quos edi consultationem oportet, et quinque, intra quos preces refutatoriae offerendae sunt, continuos debere servari. Nam quinque diebus transactis nec offerentem preces refutatorias litigatorem debebis audire, sed sine his, quoniam intra statutum tempus oblatae non sunt,

IVST.
⌜Si in . . . dies⌝] quotiens autem ad nostram scientiam iudex se polliceatur relaturum, consultationis exemplum litigatoribus ilico⌝
⌜iubeat⌝
⌜ ⌝ *om.*
⌜ ⌝ *om.* | ⌈ sine aliqua frustratoria dilatione
‖ *fin.*

4 relaturam *V*[1] 12 refutatoris *V*[1]

gesta omnia ad nostram referre scientiam. ET CETERA. DAT. III KAL. IAN. TREV(IRIS) CONSTANTINO A. III ET LICINIO III CONSS.

*V.* — IVST. 7, 61, 1.

1 iii kal.] ui kal. *coniuncta* 11, 29, 1. — *Propter diem vide ad 11, 29, 1*

---

XI, 30, 2 [= BREV. XI, 8, 1] (314 Nov. 3).

IDEM A. AD CATVLLINVM. POST ALIA: Minime fas est, ut in civili negotio libellis appellatoriis oblatis aut carceris cruciatus aut cuiuslibet iniuriae genus seu tormenta vel etiam contumelias perferat appellator, absque his criminalibus causis, in quibus, etiamsi possunt provocare rei, eum tamen statum debent obtinere, ut post provocationem in custodia ⸢ perseverent. || Ea custodita moderatione, ut eorum provocationes recipiantur, qui easdem non a praeiudicio interposuisse noscuntur aut etiam ante causam examinatam et determinatam, sed universo negotio peremptoria praescribtione finito vel per cuncta membra decurso contra iudicem interpositae esse noscantur. ET CETERA. DAT. III NON. NOV. TREV(IRIS), ACC. XV KAL. MAI. HADRVMETO VOLVSIANO ET ANNIANO CONSS.

⸢ si fideiussoris idonei copiam non habeant IVST. || *fin.* IVST.

INTERPRETATIO. Lex ista hoc praecipit non debere appellantem aut carceris custodia aut cuiuslibet iniuriae adflictione constringi exceptis tamen criminalibus causis, in quibus similis accusantem et accusatum condicio poenae custodiaeque constringit: et eorum appellationes dicit debere recipi, sed ita, ut qui appellaverit, in custodia teneatur, quousque ad alium iudicem crimina obiecta perveniant, ut discussis ad integrum omnibus aut de absolutione aut de damnatione accipiat sententiam finitivam.

*V.* — BREV. (*NGO[om. int.]ECPMLS*). — IVST. 7, 62, 12.

1 idem] imp. constantinus (*om. L*) *Brev. Iust.* ad] a *L* catullinum] *V*, catulinum *plerique*, catolinum *NS*, catulinu *L* aliam *N* 1/2 appellaturiis *M* 2 cruciatum *O* aut] ad *S* 2/3 uel etiam] siue *G* 3 perferant *E* appellatur $P^1M$, apellatus $G^vE^b$ *et* $E^v$, apellatos $E^a$ absque] preter *G* 4 prouocare rei] *scripsi*, rei prouocare *O*, prouocare *V et reliqui cum E* statutum $V^1L$ prouocatione *N* 4/5 custodiam $G^aPM$ 5 perseuerint *M* custodiat *E* 6 ut] ut per $E^b$ prouocatione *N* respiciantur $G^v$ qui] quia $E^b$ eadem $G^b$ 7 non a] non *OL*, non ad *S*, dona *G* praeiudicium *S* interposuisse] ut interposuisse $E^b$*(?)* 7/8 terminatam *N* 8 peremptoriam *N* proscriptione *CPMLS*, perscriptione *G Pith. (ex 2)*; praeceptione $E^t$ finita *G* per *om. L* 9 decurso] *VO*, decursa *GE*, discurso *NS*, discusso *CPML* contra iudicem (c. i. *om. O*) interpositae (interposita *GO*, deposita *E*) esse noscantur (noscuntur *OPMLS Pith.*) *delenda* 9/10 dat. iii (iiii *GCPMS*) non. nou. treū (triu. *NCM*, triueros *P*), acc̄. (aug. cc *G*) xu (xui *G*) k. mai. hadr. (adrumeto *OC*, adrumetu *PM*, adrometo *NE*, de roma *G*) uolusiano (uolosiano *N*) et anniano (aniano *O*, annoniano *G*, et ann. *om. E*) *libri. Propter annum vide ad 9, 40, 1* 11 ista lex *P* praecepit *NL*, dicit *E* custodiam $G^a$ 12 similis] singulis *PM* 13 custodiaque *G* appellationibus *S* dicet *N* 14 recipi sed] recepisse *S* appellauerint *G* teneantur *G* 15 peruenient *C*, perueniantur *S* ut] at *L* aut de *om. S* obsolutione *G* de *om. S*

---

XI, 30, 3 (315 Aug. 25).

IDEM A. AD PROBIANVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). Appellationum causas, quae per vos in auditorio nostro, quibus vicem nostri mandamus examinis, diiudicantur, ita audire debes, ut edicto, quod super appellationum negotiis finiendis iam generaliter constitutum est, pareas atque eadem negotia quam maturissime explices. DAT. VIII KAL. SEPT. ROM(AE) CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

*V*

1 causas] $V^2$, causas has $V^1$ 2 ita] *Cuiacius*, id *V* 4/5 *Probianum in proconsulatu Africae successisse Aeliano Constantinus et Licinius scribunt in epistula ad eum missa apud Augustinum contra Cresconium 3, 81 vol. 9 p. 476 ed. Maur. = ep. 88 vol. 2 p. 214 ed. Maur.*

), 4 (315 Dec. 30).

IDEM A. AMABILIANO P(RAE)F(ECTO) ANNON(AE) AFRIC(AE). Officii cura est, ut omnes omnino appellationes, quaecumque fuerint interpositae, sollemniter curet accipere nec in recipiendis libellis aliquod genus iniuriae inferendum cuipiam existimet. P(RO)P(OSITA) III KAL. IAN. CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

*V*

3/4 *tres subscriptiones legum datarum ad eundem:*
11, 30, 4: pp. III k. Ian. Constantino A. IIII et Licinio IIII
13, 5, 2: dat. k. Iun. Treviris Constantino A. IIII et Licinio IIII conss.
13, 5, 3: pp. V k. Iun. Constantinopoli Constantino A. V et Licinio C.
*probabile est non differre nisi per librariorum errores.*

---

), 5 (316 Aug. 13).

IDEM A. PETRONIO PROBIANO SVO SAL(VTEM). Ex illo tempore, quo in civilibus causis, quae inter privatos moventur, consulturum vel relaturum te esse promiseris vel appellationis a te interpositae sollemnia completa fuerint, nihil posthac tibi quodlibet speciale ac requisitum vel quibuscumque modis favoris gratiam praeferens audiendum est, sed observandum, ut iuxta priora statuta sollemnitatis more expleto gesta ad comitatum omnia dirigantur. ET CETERA. DAT. ID. AVG. ARELATO; P(RO)P(OSITA) ID. OCTOB. THEVESTE SABINO ET RVFINO CONSS.

*V.* — IVST. 7, 62, 13.

1 Petronio Probiano] *procos. Africae* 2 consultaturum *Iust.* 6 teueste *V*

---

), 6 (316 Aug. 13).

IDEM A. PETRONIO PROBIANO SVO SAL(VTEM). Supplicare causa pendente non licet nisi ⌜forte ei, cui opinionis exemplum negatum est vel instructionis universae subpressa transmissio.⌝ || Quo facto crimen iudici sacrilegii imminebit, qui hoc commisso litigatori supplicandi necessitatem inponit: cui aliter supplicanti dimidiae partis rei de qua agitur inponenda est multa, ut pro iudicis aestimatione fisco pretium inferat. Eo etiam, || qui ⌈ terminatam rescribto vel consultatione quaestionem exquisito suffragio refricare conabitur, ⌜quoniam maius crimen admittit⌝, in omnem litis aestimationem ⌜protinus condemnando et sub sacramenti observatione⌝ omni venia deneganda, si quis contra haec supplicare temptaverit. DAT. ID. AVG. ARELATO; P(RO)P(OSITA) ID. OCTOB. THEVESTE SABINO ET RVFINO CONSS.

IVST.
⌜vel actorum vel pronuntiationis editio denegetur⌝
|| *finit*
|| *redit* | ⌈ autem
⌜ ⌝ *om.*
⌜aduersario suo protinus condemnetur⌝

*V.* — IVST. 1, 21, 2.

1 Petronio *(om. Iust.)* Probiano] *procos. Africae* | 16 thebeste *V*
10/11 consultatione] $V^2$ *Iust.*, consulatione $V^1$

---

), 7 (317 Iun. 6).

IDEM A. AD BASSVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Litigatoribus copia est etiam non conscribtis libellis ilico appellare voce, cum res poposcerit iudicata ⌈. DAT. VIII ID. IVN. SIRMIO GALLICANO ET BASSO CONSS.

⌈ tam in civilibus quam in criminalibus causis IVST.

*V.* — IVST. 7, 62, 14.

3 uiii id. iun.] *V*, uii k. ian. *Iust. (PL), subscriptio convenit cum laterculo praefectorum*

XI, 30, 8 (319 Mart. 29).

IDEM A. AD BASSVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Manente lege, qua praescribtum est, intra quot dies opinionis sive relationis exemplum privatis iudex debeat exhibere et refutatorii libelli intra quot dies rursum iudicibus offerendi sint, tam in privatis quam etiam in fiscalibus causis ex eo die, quo fuerit quaestio terminata vel ex quo relationem iudex per sententiam promiserit, intra vicensimum diem quaecumque ad instructionem pertinent causae, ad comitatum nostrum properantissime volumus adferri. Quod nisi factum fuerit, ab universo officio viginti transactis diebus, quos post latam sententiam placuit supputari, intra viginti alios dies qui sequuntur tantum fisco nostro praecipimus inferri, quanti per aestimationem rationalis emolumentum litis, cuius suppressa fuerat instructio, fidelissime potuerit aestimari. Cui capitale supplicium imminebit, si rigorem legis quocumque
1 modo mollire temptaverit. Eadem poena officio imminente, si quando appellatione vel consultatione pendente vel post decisas nostris responsionibus causas ei, quod ullo modo fuerit impetratum, damnabilem voluerit coniventiam commodare. Nam decreta nostra debet ingerere iudicanti ut ipso etiam dissimulante iudice reluctari et tamquam manibus iniectis eos de iudicio producere ac rationum officio traditos statuti prioris nexibus obligare, quorum desideriis violari nostras prospexerit sanctiones. P(RO)P(OSITA) IIII KAL. APRIL. ROM(AE) CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS.

*V*

2 quod *V* 3 quod *V* sint] *Beck*, sunt *V* 5 quēcumque *V* 10 capitali $V^2$ 12 decicas $V^a$ 13 conhibentiam *V* 14 iudicanti ut] $V^2$, iudicantia ut $V^1$: *malim* iudicantia ipso e. d. iudice et reluctari 15 producere] *fortasse* deducere 16/17 *subscriptio convenit cum laterculo praefectorum*

XI, 30, 9 (319 Iun. 22).

IDEM A. AD SEVERVM VIC(ARI)VM. Ne causas, quae in nostram venerint scientiam, rursus transferri ad iudicia necesse sit, instructiones necessarias plene actis inseri praecipimus. Nam cogimur a proferenda sententia temperare, ⌜qui sanximus retractari rescribta nostra ad opiniones vel etiam relationes iudicum data non oportere⌝, quoniam verendum est, ne lis incognito negotio dirimatur adempta copia conquerendi. Quare perennibus inuratur iudex notis, si cuncta, quae litigatores instructionis probationisque causa recitaverint, indita actis vel subiecta non potuerint inveniri. DAT. X KAL. IVL. AQVIL(EIAE) CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS.

| IVST. |
|---|
| ⌜qui ... oportere⌝ *om.* IVST. |

*V*. — IVST. 7, 62, 15.

5 quoniam] *malim* quando 6 conquaerendi *V* 7 causa] *Iust.*, causas *V* 9 a. u] a̅a̅ *Iust.* *(PL)*, u (*om.* a) *V Iust.* *(Miraeus)*

XI, 30, 10 (320 Iul. 8).

IDEM A. AD CRISPINVM. Si quis per absentiam nominatus ⌈ad provocationis auxilium cucurrerit, ex eo die interponendae appellationis duorum mensum tempora ei conputanda sunt, ex quo contra se celebratam nominationem didicisse se monstraverit. Nam praesenti, qui factam nominationem cognovit et appellare voluerit, statim debet duorum mensum spatium conputari. DAT. VIII ID. IVL. CONSTANTINO A. VI ET CONSTANTINO C. CONSS.

| IVST. |
|---|
| ⌈ *interponitur* vel ad ... evocatus *(Th. 11, 30, 19)* |

*V (cum Solms.)*. — IVST. 7, 63, 1.

1 Crispinum] *mag. incertus* 3 duorum] *Iust.*, duum *V* mensum] *sic V Iust.* 4 se *addidi* 6 mensum] *sic V Iust.* dat. uiii (uii *Iust.* *[Ver.]*) id. iul. constantino ā ui (u *Iust.* *[Ver.]*) et constantino (constantio *Iust.* *[Ver.]*) c (cc *Iust.* *[Ver.)*] *libri*

0, 11 (321 Ian. 12).

IDEM A. AD MAXIMVM. POST ALIA: Nemo in refutationem aliquid congerat, quod adserere intentione neglexerit. Quod quidem saepe fit industria, si, quod quis probari posse desperet, in praesenti disceptatioue dissimulet, certus se esse revincendum, si commenticia et ficta suggesserit. Propter quod cogi etiam singulos oportebit ad proferenda in iudicio universa, quae ad substantiam litigii proficere arbitrantur, atque ea ratione urgeri, ut sciant sibi ex auctoritate legis istius non licere refutatoriis tale aliquid ingerere, quod aput iudicem non ausi fuerint publicare. Nam si plena, ut iubemus, adsertio per litigatorem in iudiciis exeratur et integra instructio in consulti ordinem conferatur, stabit ratum ac fidele, quod iudicia nostra rescribserint neque ullus querimoniae locus dabitur nec occasio supplicandi, ut convelli labefactarique iubeamus quae ad relationem eius sanximus, qui neque vera neque universa suggessit. Omnes igitur partium allegationes acta universa scriburarumque exempla omnium dirigantur. Quod cum universos iudices tum praecipue sublimitatem tuam, qui cognitionibus nostram vicem repraesentas, servare
1 conveniet. Sane || etiam ex eo querimoniae litigantium oriuntur, quod a vobis, qui imaginem principalis disceptationis accipitis, appellationum adminicula respuuntur. || Quod inhiberi necesse est. Quid enim acerbius indigniusque est, quam indulta quempiam potestate ita per iactantiam insolescere, ut despiciatur utilitas provocationis, opinionis editio denegetur, refutandi copia respuatur? Quasi vero appellatio ad contumeliam iudicis, non ad privilegium iurgantis inventa sit vel in hoc non aequitas iudicantis, sed litigantis debeat considerari utilitas. DAT. PRID. ID. IAN. SIRMIO CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS.

|| *inc.* Etiam eos, qui imaginem principalis disceptationis accipiunt, appellationum adminicula necesse est accipere *fin.* IVST.

---

*V.* — IVST. 7, 62, 16.

1 Maximum] *intellege praefectum urbi* refutatione *V* 9 quaerimoniae *V* 10 nec] *V*², ne *V*¹ 13 tum] *Gothofredus*, tunc *V* | 14 quaerimoniae *V* 18 aceruius *V* 21 inuenta .... litigantis *bis V*¹ 22 *subscriptio convenit cum laterculo praefectorum*

---

0, 12 (323 Apr. 13).

IDEM A. AD FLORENTINVM. Si nominatus magistratus aliquis refragetur, non appellatio, sed querimonia hoc dicetur, appellationis enim verbum in maioribus rebus dici oportet. Similiter et si ad exactionem annonariam nominatus de iniustitia queratur, non appellatio, sed querella hoc esse videbitur. Ideoque nec tempora appellationum servanda sunt, sed mox super huiusmodi querimoniis disceptandum. DAT. ID. APRIL. CONSTANTINOP(OLI) SEVERO ET RVFINO CONSS.

---

*V*

1 florentium *iuncta* 12, 1, 8: *fortasse* rationalis *(cf. 9, 3, 1)* 2 quaerimonia *V* 3 quaeratur *V* 4 quaerella *V* 5 quaerimoniis *V* | 5/6 constantinopoli *delendum, si subscriptio (hic et 12, 1, 8) vera est*

---

0, 13 (326 [329?] Aug. 3).

IDEM A. AD IVLIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Nonnulli iudicum inferioris gradus a sententiis suis interponi provocationis auxilium aegre ferentes id efficiunt, ut nobis eorum relationes non necessariae et insolentes ingerantur. Igitur volumus, cum ab eorum sententiis fuerit provocatum, super ea quaestione, cuius appellatione interposita iudices esse desierunt, minime eos ad nostram referre clementiam, sed gravitatis tuae, cui nostram vicem commisimus, sacrum auditorium expectari. DAT. III NON. AVG. HERACLEAE CONST(ANT)INO A. VII ET CONSTANTIO C. III CONSS.

---

*V*

6 haeracleae *V* 6/7 *Iulianus cum urbi praefuerit 326 Nov. 13—329 Sept. 6, fortasse scr.* | Constantino A. VIII et Constantio C. III (329)

XI, 30, 14 (327 Iul. 31).

IDEM A. VICTORI RATIONALI VRB(IS) ROM(AE). Quoniam nonnulli fisci debitores, cum iussi fuerint debitam summam exsolvere, interposito provocationis auxilio vim exsecutionis eludunt nec iam opinionis exemplum nec refutatorias preces curant petere vel offerre, placuit, ut, si intra dies ⌜complendis⌝ sollemnitatibus praestitutos ad facienda haec appellatoris cura defuerit, deserta ab eo provocatio aestimetur moxque debitum exigatur. DAT. PRID. KAL. AVG. CONSTANTIO ET MAXIMO CONSS.

⌜ ⌝ *om.* IVST.

*V.* — IVST. 7, 62, 18. — *Scholia Vaticana sic:* XIIII arcet debitorem fisci per adpellationem debiti executionem eludere. Iubet ut, si suam praesentiam intra XX dies non praesentaverit, eius appellatio vacuetur. *Adscripsit ad vocabulum* 4 praestitutos *manus diversa:* id est intra XX dies.

4 intra dies] *V Iust.*, intra XX dies *scholia supra adlata*

XI, 30, 15 [= BREV. XI, 8, 2] (329 Iul. 29).

IDEM A. AD CONCILIVM PROVINCIAE AFRIC(AE). Non recte iudices iniuriam sibi fieri existimant, si litigator, cuius negotium sententia vulneratum est, a principali causa provocaverit, quod neque novum neque alienum a iudiciis est. Ideoque post negotium principale discussum litigatori liceat litem iuris remedio sublevare, et iudices observare debebunt, ne appellatores vel in carcerem redigant vel a militibus faciant custodiri. P(RO)P(OSITA) IIII KAL. AVG. KARTHAG(INE) CONSTANTINO A. VIII ET CONSTANTINO C. IIII CONSS.

INTERPRETATIO. Lex ista hoc iubet non debere iudices provinciarum assertiones appellantium ad suam iniuriam revocare, quia hoc nec novum nec alienum a iudiciis esse cognoscitur; et ideo hoc iubet, ut liceat litigatori vitiatam causam appellationis remedio sublevare. Hoc etiam specialiter praeceperunt, ut appellator nec in carcerem nec in quacumque custodia redigatur, sed ad agendum negotium suum liber observet.

*V.* — BREV. (*NGO[om. int.]ECPMLS*).

1 ad] a *L* consilium *S* sibi *om.* *C*[a] fieri *om.* *CPMS* 2 exaestimant *N* sententiam *N* a (*om.* *E*) pr. causa] ad principalem causam *O* 2/3 prouocauit *PM*, appellauerit *O* 3 neque nou.] nec nou. *S* post] pro *PM* 3/4 principalem *E* 4 litigatore *N* remedium *N* subleuari *E* et iudices] i. etiam *O* 5 ne] nec *V* carcere *G* faciat *CL* custodire *E* 5/6 $\overline{pp}$ (precepta *S*, dat. *N*) iiii (ui *O*) k. (id. *O*) aug. (iun. *O*) karth. (*om.* *P*[a]) constantino (constantio *V*) a. uiii (uii *E*, iiii *M*, *om.* *GS*) et constantino (coustantio *VNGCPMS*, constante *E*) c (*om.* *NGECPMS*) iiii (*om.* *E*) *reliqui, pro consulibus* ipsis augustis conss. *O* 7 iubet] dicit *E* 8 quia] qui *G* 9 liceat *om.* *N* uiciatas *N* 10 praecepit *edd.* appellatur (-tus *G*[b]) *G*[t] in carcerem (-re *E*)] inter carc. *N* quamcunque custodiam *GC* 11 ad *om.* *PM Pith.* (*ex* 2) obseruetur *GS*

XI, 30, 16 (331 Aug. 1).

IDEM A. AD VNIVERSOS PROVINCIALES. A proconsulibus et comitibus et his qui vice praefectorum cognoscunt, sive ex appellatione sive ex delegato sive ex ordine iudicaverint, provocari permittimus, ita ut appellanti iudex praebeat opinionis exemplum et acta cum refutatoriis partium suisque litteris ad nos dirigat. A praefectis autem praetorio, ⌜qui soli vice sacra cognoscere vere dicendi sunt⌝, provocari non sinimus, ⌜ne iam nostra contingi veneratio videatur⌝. Quod si victus oblatam nec receptam a iudice appellationem adfirmet, praefectos adeat, ut aput eos de integro litiget tamquam appellatione suscepta. Superatus enim si iniuste appellasse videbitur, lite perdita notatus abscedet, aut, si vicerit, contra eum iudicem, qui appellationem non receperat, ad nos referri necesse est, ut digno supplicio puniatur. DAT. KAL. AVG.; P(RO)P(OSITA) KAL. SEPT. CONSTAN(TINO)P(OLI) BASSO ET ABLAVIO CONSS.

IVST.
⌜qui . . . sunt⌝ *om.*
⌜ne . . . uideatur⌝ *om.*

*V.* — IVST. 7, 62, 19.

6 prouocare *Iust.* 8 a] *V*, ab *Iust.* 9 appellare *Iust.* 10 receperit *Iust.* 11 referre *Iust.*

0, 17 (331 Aug. 1).

IDEM A. AD VNIVERSOS PROVINCIALES. Qui licitam provocationem omiserit, perpetuo silere debebit nec a nobis inpudens petere per supplicationem auxilium. Quod si fecerit, ⌜deportationis poena plectendus est⌝. DAT. KAL. AVG.; P(RO)P(OSITA) KAL. SEPT. BASSO ET ABLAVIO CONSS.

| ⌜desiderio suo carebit et ignominiae poena notabitur⌝ IVST. |
|---|

*V (cum Solms.).* — IVST. 1, 21, 3.

---

0, 18 (339 [329] Iun. 19).

IMP. CONSTANTIVS A. ANICIO IVLIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Quotiens rationalis vel officii necessitate poscente vel ex praerogativa rescribti inter privatos iudicaverit, si a sententia fuerit provocatum, non ad nostram scientiam referendum est, sed apostolis datis, quod iuxta observatam rationem postulari sufficiet, ad auditorium gravitatis tuae, cui ad vicem nostram delata iudicatio est, partes pervenire oportet, in fiscalibus causis servato priscae consuetudinis more, ut opinione edita universa ad nostram scientiam referantur. DAT. XIII KAL. IVL. SERDICAE; P(RO)P(OSITA) VI KAL. AVG. ROM(AE) CONSTANTIO A. II ET CONSTANTE CONSS.

*V*

1 constantius] *immo* Constantinus 4 ad aud.] et aud. $V^{1}$, et ad (*potius quam* ad) aud. $V^{2}$ | 7 *scr.* Constantino A. VIII et Constantio Caes. IIII *propter praefectum*

---

0, 19 (339 Nov. 26).

IDEM A. AD ANATOLIVM VIC(ARI)VM ASIAE. POST ALIA: Si ad curiam ‖ ⌜nominati⌝ vel ad duumviratus aliorumque honorum infulas vel munus aliquod ⌜evocati⌝ ‖ putaverint appellandum, intra duos menses negotia perorentur. DAT. VI KAL. DEC. CONSTANTIO A. II ET CONSTANTE CONSS.

| IVST. *(cf. ad 11, 30, 10)* ‖ *inc.* \| ⌜nominatus⌝ ⌜euocatus⌝ \| ‖ *fin.* |
|---|

*V.* — IVST. 7, 63, 1.

---

0, 20 [= BREV. XI, 8, 3] (340 [347] Iun. 9).

IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. PHILIPPO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Iudices cum in civilibus causis tum etiam in criminalibus, in quibus vitae hominum salutisque quodammodo fata tractantur, appellationes admittant nec denegent vocem in supplicium sententia destinatis. P(RO)P(OSITA) V ID. IVN. POST CONS. CONSTANTII ITERVM ET CONSTANTIS AA.

INTERPRETATIO. Lex ista hoc praecipit, ut etiam in criminalibus causis, ubi vita utriusque partis in dubium devocatur, liceat appellari, nec appellandi vox denegetur ei, quem in supplicium sententia destinarit.

*V.* — BREV. *(NGO[om. int.]ECPMLS).*

1 constantinus *NGOEPMS* constantius *CPMS* āā *om. O* philippo *om. L* in] tam $G^{v}$, in diuersis *Pith., om.* $E^{a}$ 2 tum] *VG*$^{t}$ *OEC*, tam *NPML*, quam $G^{v}$ in *om. Pith. (inde Cui. 1586)* salutesque *EC* 2/3 quodadmodum *N*, quodammodum *G* 3 facta *NGEL* tractatur $E^{a}L^{a}$, retractantur *Pith. (inde Cui. 1586)* appellatione *C*, appellationi *PML*, appellationem *S*, appellationis *Pith.* nec denegent (denegant *G*, denegetur *L*) *om. Pith.* in *om.* $E^{a}$ supplicium] supplicii *S*, publicum $G^{v}$ 3/4 sententiam *NECPMLS* 4 destinatis] *VO*, distinatis *N*, destinati $G^{v}C$, destinari (?) *E*, destinanti *PMLS*, distillati $G^{t}$ pp. (dat. *N*) u (ui *O*) id. iun. (nou. *N*; *malim* ian.) p̄c (passaui *E*) constantii (-tini *NGPM*, -tino *E*) iterum (item *GPMS*, *om. E*) et constantis (constantes *N*, constante *E*, constanti *PM*) āā (ā *C*, *om.* $N^{a}$; *pro consulibus* post cons. eorundem augustorum *O*) *libri: propter magistratum videtur scribendum esse* p. c. Constantii IIII et Constantis III AA. *(a. 347)* 5 praecepit *NCL*, dicit *E* 6 partes *NE* appellanti *G* uos *C* 7 supplicio *NECL* distinaret $NE^{b}$

XI, 30, 21 (340 Nov. 28).

IDEM AA. AD PROCVLVM PROCONS(VLEM) AFRIC(AE). Si qui fiscale debitum per sententiam luere iussi appellationem frustrationis commento crediderint opponendam, ne moris tergiversantibus abutantur, ilico ad eum missi, cuius vice nostra cognitio est, intra viginti dies appellationis substantiam persequantur, ut vel probata appellatione ad dicationis tuae officium revertantur vel inprobata ut legis istius contemptores ad praefectorum praetorio commentarios destinentur. Eadem forma servanda etiam, si pessima conscientia forte gravati appellandi causas intra diem supersederint perorare. DAT. IIII KAL. DEC. ACINDYNO ET PROCVLO CONSS.

*V*

1 ficale *V*ᵃ 3 misi *V*ᵃ 4 persequatur *V* 8 acyndino *V*

XI, 30, 22 (343 Febr. 24).

IDEM AA. AD SCYLACIVM. Omnes praesides moneantur, ut, si quis provocatione sibi opus esse cognoscit, iuxta morem ordinemque legum accipiant libellos et ad eos qui consuerunt audire transmittant, nec appellantes iniuriarum adflictatione deterritos a suffragio necessariae defensionis expellant. Inponimus enim praesentis multae fascem, ut iudex, qui suscipere neglexerit, auri libras X et officium eius quindecim pendat. P(RO)P(OSITA) CYZICO VI KAL. MART. PLACIDO ET ROMVLO CONSS.

*V.* — THEODERICVS 55.

1 scylacium] scyllacium *V*: *mag. incertus, fortasse vicarius Asiae* 5 nexerit *V*

XI, 30, 23 (345 Iul. 2).

IDEM AA. AD RVSTICVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Dudum meminimus sancientibus nobis esse decretum, ut iuris veteris auctoritate submota nullus clarissimus a praefecti urbis sententia provocandi usurparet licentius facultatem. Sed cunctas nobis partes publicae utilitatis atque communis iuris videntibus praestare visum est, ut vetustatis auctoritas et appellandi facultas et origo repetatur, scilicet consenescente priore lege, qua istius modi potestas videbatur exclusa. P(RO)P(OSITA) ROM(AE) VI NON. IVL. AMANTIO ET ALBINO CONSS.

*V*

4 atque .... uetustatis *bis* *V*¹ uidentibus] *scripsi*, uiolentibus *V*: uolentibus *Tilius* | 6 uidebatur *Gothofredus*, uideatur *V*

XI, 30, 24 (348 Nov. 8).

IDEM AA. PROCOPIO PRAESIDI CILICIAE. Cum in controversia criminali sive civili iudex ad nos existimaverit referendum, acta, ut gesta sunt, refutatorios libellos, ut oblati sunt, referri oportet: quos quidem exigi et intra praescribtum patria constitutione tempus a iurgantibus flagitari iubemus ac pronuntiamus gravissimam notam esse subiturum, quisquis haec a nobis constituta neglexerit. P(RO)P(OSITA) VI ID. NOV. FILIPPO ET SALLIA CONSS.

*V*

1 ciuile *V*¹ 3 *fortasse* paterna 5 sallia] *sic V constanter*

XI, 30, 25 (355 Iul. 25).

IDEM AA. AD LOLLIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Quoniam iudices ordinarii provocationes aestimant respuendas, placet, ut, si quis appellationem suscipere recusaverit,

1 idem aa.] *requiritur* imp. Constantius A.

quae non ⌜ab exsecutione vel a praeiudicio, sed a sententia iurgium terminante⌝ fuerit interposita, XXX pondo auri cogatur ⌜fisco⌝ inferre, triginta ⌜alias libras auri⌝ officio eius itidem soluturo ⌈. DAT. VIII KAL. AVG. MESSADENSI; P(RO)P(OSITA) CAPVAE ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS.

IVST.
⌜contra executionem, sed aduersus sententiam i. terminantem⌝
⌜largitionibus nostris⌝
⌜alia⌝
⌈ *(sequitur Th. 11, 30, 58 fin.)*

*V.* — IVST. 7, 62, 21.

3 auri pondo *Iust.* 5 messadensi] *locus ignotus quaerendus est in Raetia, quoniam per hos dies eo Constantius ex Mediolano in expeditionem profectus est*

30, 26 (355 Iul. 30).

IDEM AA. AD VOLVSIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. POST ALIA: Lata sententia, quae pertinet ad bona vacantia ⌜et caduca⌝ et ad ea, quae indignis legibus cogentibus auferuntur, si quis putaverit provocandum, vox eius debebit admitti. DAT. III KAL. AVG. ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS.

⌜ ⌝ *om.* IVST.

*V.* — IVST. 7, 62, 22.

1 idem aa.] *requiritur* imp. Constantius A. 2 pertinent *V*

30, 27 (357 . . . .).

IDEM AA. ET IVLIANVS CAES. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. De Sardinia Sicilia Campania Calabria Brittiis et Piceno Aemilia et Venetia et ceteris interpositas appellationes laudabilis sublimitas tua more sollemni debebit audire conpetenti appellatione terminandas. Nec vero ulla poterit esse confusio. Praefectus enim urbis nostra responsione conventus praedictis cognitionibus temperandum sibi esse cognovit. DAT. SIRMIO CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO II C. CONSS.

*V*

2 et ceteris] *fortasse fuit* et coniunctis, *nisi plura corrupta sunt vel omissa, neque enim credibile appellatum esse exempli causa ex Calabria ad praefectum praetorio, ex Apulia ad praefectum urbi.* 6 ii c.] *scr.* c. ii

30, 28 (359 Iun. 18).

IDEM AA. AD TAVRVM. Patris nostri salutaribus inperatis comperimus dudum esse praeceptum, ut, si a rationali vel comite vel alio, qui curam fiscalis commodi gerit, fiscale debitum postulante fuerit provocatum, ad eos, qui vice nostra huiusmodi cognitionibus praesident, appellatores intra diem tricensimum perducantur, adversus sententias, quas iniquas esse contendunt, exsecuturi proprias actiones. Quapropter viginti sufficit dies intra eandem provinciam custodiri, intra quam fuerit provocatum, sic ut ex aliis quadraginta serventur atque intra eorum terminos quod patris nostri constitutio statuit explicetur. DAT. XIIII KAL. IVL. SINGIDVNO; P(RO)P(OSITA) X KAL. AVG. ROM(AE) EVSEBIO ET HYPATIO CONSS.

*V*

1 Taurum] *scilicet* ppo inperatis] *sic V*

30, 29 (362 Sept. 22).

IMP. IVLIANVS A. AD HYMETIVM VIC(ARIVM) VRB(IS). Omnes legitimae appellationes, quaecumque fuerint contra audientiam tuae gravitatis interpositae, indubitanter suscipiantur et post latam sententiam intra triginta dies universa, quae in eiusmodi negotio

3 trinta *V*ᵃ

geruntur, cum refutatoriis precibus seu libellis ad nostrum comitatum mittantur, strenuo videlicet officiali ex his, qui tibi parent, ad hanc sollicitudinem electo, ita ut publicis monumentis confectis dies, quo gerulis gesta tradantur, fideliter designetur. Nam X librarum auri multae constituetur officium obnoxium, si statuta nostra aliqua fuerint dissimulatione violata. DAT. X KAL. OCTOB. ANTIOCHIAE MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

*V*

XI, 30, 30 (362 Dec. 18).

IDEM A. AD GERMANIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. His, qui tempore conpetenti non appellant, redintegrandae audientiae facultas denegetur. Omnes igitur, qui contra praefectos urbi ⌈ seu proconsules seu comites Orientis seu vicarios ⌈ sub specie formidinis provocationem non arbitrantur interponendam, a ˹renovanda˺ lite pellantur. || Nobis enim moderantibus rem publicam nullum audebit iudex provocationis perfugium iurgantibus denegare. || Qui vero vim sustinuerint, contestatione publice proposita intra dies videlicet legitimos, quibus appellare licet, causas appellationis evidenti adfirmatione distinguant, ut hoc facto tamquam interposita appellatione isdem aequitatis adminicula tribuantur. EMISSA XV KAL. IAN. MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

IVST.
⌈ magistros officiorum, magistros militum
⌈ seu praefectos Augustales vel alium iudicem
˹reuocanda˺
|| *finit*
|| *redit*

*V*. — IVST. 7, 67, 2.

10 sustinuerunt *Iust.* 12 hisdem *V* 13 ian.] iul. *Iust.* (*Ver. PL*)

XI, 30, 31 (363 Mart. 23).

IDEM A. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Quoniam plerique rectores relationes, quas ad nostrae tranquillitatis comitatum destinare promittunt, supprimere vel differre conantur, prava id conscientia faciente conveniri eos ab inlustri auctoritate tua praecipimus, ut intellegant sibi quidem denarum librarum auri, officiis vero suis vicenarum imminere condemnationem, si promissa relatio intra triginta dies non fuerit sine aliqua ambiguitate transmissa his officialibus, per quos convenit gesta transmitti. Et quia plerumque contingit, ut gerulis litterarum aliquo casu existente tarditatis obstaculum videatur adferri, ne id quod necessitate contingit ad culpam rectorum redundare videatur, actis aput se confectis diem designare debebunt, in quo transmissio gestorum committitur his, qui huic necessitati deputantur. DAT. X KAL. APRIL. IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS.

*V*

3 diferre *V* 6 transmissa] *scr.* tradita

XI, 30, 32 (364 Febr. [?] 4).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. SALVTEM DICVNT ORDINI CIVITATIS KARTHAGINIS. Iudicibus non solum appellationis suscipiendae necessitas videtur inposita, verum etiam triginta dierum spatia ⌈ definita sunt, intra quae ˹negotii merita ad mansuetudinis nostrae scrinia conveniat destinari˺, iudice et officio ⌈, si statuta fuerint aliqua parte mutilata, multae ˹subiacente˺. DAT. PRID. NON. FEB. MED(IOLANO) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

IVST.
⌈ ex die sententiae
˹gesta una cum relatione litigatoribus convenit praestari˺ | ⌈ eius
˹subiacentibus˺

*V*. — IVST. 7, 62, 24.

1 chartaginiensium in africa *Iust.* (*Summa Per.*) 2 appellationes *V* 6/7 *eo tempore Valentinianus non fuit Mediolani*

, 30, 33 (364 Sept. 12).

IDEM AA. AD DRACONTIVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Quicumque iudicum adversus auctoritatem legis appellationes neglexerit, protinus officio tuo, non rationalis, imminente ad viginti librarum auri exsolvendam multam cogetur, ita ut et officium eius triginta simili celeritate dissolvat. DAT. PRID. ID. SEPT. AQVIL(EIAE); ACC(EPTA) XVIII KAL. DEC. TACAPIS DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

*V (cum Solms.).*

---

, 30, 34 (364 Nov. 9).

IDEM AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Si quisquam ausus consultationem sequi circa limina palatii nostri comitatumve fuerit deprehensus, aestimatae litis, quae in controversiam venit, medietatem in auro atque argento fisci viribus inferre cogetur.
1 Iudex sane, qui relationem promiserit, nisi intra triginta dies dictae sententiae promissam relationem ad nostra scrinia destinarit, ipse quidem notabili sententia reprehensus X librarum auri condemnatione quatietur, officium vero eius, quod non suggesserit nec commonuerit de relationis necessitate, viginti libris auri fiat obnoxium. DAT. V ID. NOV. MED(IOLANO) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

*V (cum Solms.).*

---

, 30, 35 (370 Aug. 1).

IDEM AA. AD MODESTVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Cuncta instrumenta, quae iudiciis offeruntur, subiecta consultationi gesta continere debebunt. Sed et acta, quae sint ante habita, et monumenta transmittenda sunt, hisque adnectenda sunt testimonia vel confessiones partium et omnia huiusmodi, in quibus causa consistit et habere exitum videatur. DAT. KAL. AVG. MARCIANOP(OLI) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

*V*

2 consulationi *V* 3/4 confusiones *V*[1] 5 *propter annum vide ad 9, 16, 8; praeterea* | *locus excludit a. 373*

---

, 30, 36 (374 Febr. 14).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD EVPRAXIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). POST ALIA: Cum ex causis iustis aliquid, quo minus iudicari statim possit, repperietur incertum ac debitor adversus discussoris statum coeperit reluctari, dilatione postposita super eo, quod exorietur ambiguum, vel sublimitas tua vel vicarius, prout quisque vestrum proximus erit, adhibeat examen. P(RO)P(OSITA) XVI KAL. MART. GR(ATI)ANO A. III ET EQVITIO CONSS.

*V*

3 statutum *Gothofredus* 4 ambiguum] *scr.* non ambiguum

---

, 30, 37 (378 Aug. 30).

IMPPP. VALENS, GRATIANVS ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. AD THALASSIVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). POST ALIA: Cum de praescribtionibus peremptoriis agitatur examen, si eas praescribtiones iudex ut leves putaverit inprobandas et ab eius interlocutione fuerit appellatum, provocatio huiusmodi recipiatur, cum peremptoria praescribtio et definitiva sententia eadem vi vel consumptae causae vel non admittendae videantur operari. Sed quoniam evenire potest, ut multae praescribtiones peremptoriae litigatoribus conpetant, ne in uno eodemque negotio per singulas necesse sit saepius provocari et totiens ad nos

7 et] *Gothofredus, om. V*

referri, omnes peremptorias praescribtiones, quas sibi quisque putaverit conpetere, cogatur expromere et ita demum, si a cognitore fuerint repudiatae, utatur, si placet, provocationis auxilio. ET CETERA. DAT. III KAL. SEPT. TREV(IRIS) VALENTE VI ET VAL(ENTINI)ANO II AA. CONSS.

*V*

---

XI, 30, 38 (380 Iun. 18).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD SYAGRIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. POST ALIA: ⌜In condemnationibus⌝ appellationes iubemus admitti. DAT. XIIII KAL. IVL. GR(ATI)ANO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS. [⌜et in multis ab iudicibus inferendis⌝ IVST.]

*V.* — IVST. 7, 62, 25.

---

XI, 30, 39 (381 Mart. 18).

IDEM AAA. AD MACEDONIVM C(OMITEM) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Quotiens fiscalibus causis controversiae alicuius dubitatione pendentibus summam sententiae comes aerarii nostri inposuisse detegitur et cogendis obvium debitis provocationis suffugium fuerit obiectum, proprium super eo esse tribuendum praestantia tua discat examen, modo ut frequentibus statuta praeceptis eos praeter debiti modum poena comitetur, quos executionem veteris iudicati superfluae appellationis obiectu suspendisse claruerit. P(RO)P(OSITA) KARTHAG(INE) XV KAL. APRIL. SYAGRIO ET EVCHERIO CONSS.

*V*

3 prouocationes *V* 6 idicati *V*ᵃ appallationis *V*

---

XI, 30, 40 (383 Aug. 31).

IDEM AAA. AD BASILIVM COM(ITEM) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Omnem, quae de libello scribta recitatur, dici volumus atque esse sententiam atque ab ea provocationis auxilia quisquis efflagitat, ad auditorii sacri venire iudicium neque illic ex praeiudicio poenam vereri, sed appellationis iniustae iustaeve discrimen conpetenti subire luctamine. Praeterea quidquid in cunctis cognitionibus atque conflictibus libelli absque documento et recitatione decernitur, praeiudicii loco iuste ac probabiliter putatur. Atque ab eo si vel vocem quisquam provocationis obiecerit vel libellum, disputatione non indiget, quin certa atque manifesta praeiudicii condicione teneatur eumque confestim ab eodem cognitore exigi conveniet ac teneri. DAT. PRID. KAL. SEPT. MEROB(AVDE) II ET SATVRNINO CONSS.

*V*

3 auditoriis *V*ᵃ 5 conflicti *V*¹ libellis *scr.* 7 quin] *V*², qui in *V*¹

---

XI, 30, 41 (383 Dec. 16).

IDEM AAA. AD AMMIANVM COM(ITEM) R(ERVM) P(RIVATARVM). Rationales privatae rei causis vel sacri aerarii praesidentes examen praesente fisci ⌜advocatione⌝ suscipiant. || Ac si eorum sententia forte fuerit appellatione suspensa, ad eos iudices disceptationis fata transeant, ad quos privatorum hominum causae referri ex provocatione consuerunt, ita ut, si ab illis quoque fuerit provocatum, mansuetudinis nostrae expectetur arbitrium, vel sinceritate tua vel sacrarum remunerationum comite, prout ad quem negotium pertinebit, quid super his,

[IVST. ⌜aduocato⌝ | || *fin.*]

de quibus referatur, gestum sit, scribtis currentibus instruente, ut, sive athuc superest nostra cognitio, mansuetudinem nostram facta suggestione commoneat, sive adquiescentibus partibus terminum negotio datum esse constiterit, plenam rei inquisitionem notitiamque eius accipiat. Sane tempora tantum volumus privatis fiscalibusque causis non esse communia, ut antiquo iure fiscalia negotia intra duos menses in eadem provincia, intra quattuor in contigua, intra sex in transmarina dicantur. P(RO)P(OSITA) XVII KAL. IAN. MEROB(AVDE) II ET SATVRNINO CONSS.

*V.* — IVST. 2, 8, 4.

6 xuii] *V*, xiiii *Iust.* *(Hal.)*

---

I, 30, 42 (384 Mart. 31).

IDEM AAA. AD AGRESTIVM PROCONS(VLEM) PALAESTINAE. Probamus verecundiam iudicantis, si superfluam quoque recipiat provocationem, ne interim reliquum negotium audiret. DAT. PRID. KAL. APRIL. CONSTANTI(NO)P(OLI) RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

*V.* — THEODERICVS 55.

1 palestinae *V*

---

I, 30, 43 (384 Oct. 20).

IDEM AAA. MEROBAVDI DVCI AEGYP(TI). Provocantibus multas nisi ex nostris decretis non patimur inponi. DAT. XIII KAL. NOV. CONSTANTINOP(OLI) RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

*V*

---

I, 30, 44 (384 Nov. 29).

IDEM AAA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). POST ALIA: Obiecta appellatione, etiamsi a praeiudicio interposita dicatur, vel ad nos vel ad cognitorem sacri auditorii sollemniter causa mittatur, cum, si ea provocatio adversum leges fuerit emissa, facile post iudicium sacri examinis ab huiusmodi litigatoribus multa possit exculpi. DAT. III KAL. DECEMB. MED(IOLANO) RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

*V*

---

I, 30, 45 (385 Febr. 15).

IDEM AAA. ET ARCAD(IVS) A. AD PELAGIVM C(OMITEM) R(ERVM) P(RIVATARVM). POST ALIA: Cum post sententiam discussoris vel rationalis fuerit provocatum, ad sinceritatem tuam negotium transferatur, ut, si mediocritas negotii aut longinquitas regionis ad iudicium tuum litigatores venire non patitur, ⌜iudici⌝ provinciae, quem [⌜iudicio rectoris⌝ IVST.]
1 ipse probaveris, negotium deleges. || Appellationes vero [||*fin.* IVST.] transmarinae in iudicio tuo intra anni agantur spatium; de contiguis et non longe positis provinciis appellationes intra constituta iure tempora peragantur. DAT. XV KAL. MART. MED(IOLANO) ARC(ADIO) A. I ET BAVTONE CONSS.

*V.* — IVST. 7, 62, 26.

---

I, 30, 46 (385 Nov. 25).

IDEM AAA. AD FLORENTIVM COM(ITEM) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). POST ALIA: Cum super fiscali debito emerserit provocatio, in eadem provincia vicensimo die negotii merita noscenda sunt, ita ut secundum generalis arbitrium sanctionis XL dierum ex contigua

provincia spatia sufficiant. DAT. VII KAL. DEC. AQVIL(EIAE) ARCAD(IO) A. I ET BAVTONE CONSS.

*V*

---

XI, 30, 47 (386 Ian. 26).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cum antea sit constitutum, ut consultationem iudicis ad comitatum sacrum missam litigatorum nemo sequeretur, hoc integra deliberatione sancimus, ut, si ad consultationem anno decurso non fuerit aliqua ratione responsum, litigatores quorum interest collectis omnibus gestis et ipsius relationis exemplis veniendi ad comitatum nostrae serenitatis habeant liberam facultatem. DAT. VII KAL. FEB. CONSTANTINOP(OLI) HONOR(IO) NB. P. ET EVODIO CONSS.

*V*

2 consulationem *V* 3/4 consulationem *V*

---

XI, 30, 48 (387 Mai. 19).

IDEM AAA. AD EVSIGNIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Revocare appellationem suam unicuique minime permittatur, sed sacro auditorio totius negotii examinatio reservetur. Quod si hac lege neglecta gratiam siverit appellationis, et ipse quinquaginta libras argenti et eius officium parem summam condemnationis inferre cogetur. DAT. XIIII KAL. IVN. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO A. III ET EVTROPIO CONSS.

*V*

3 *videntur quaedam excidisse ad hoc exemplum:* hac lege neglecta [quis perire causam per] gratiam siverit appellationis

---

XI, 30, 49 (389 Iul. 25).

IDEM AAA. ALBINO P(RAEFECTO) V(RBIS) ROM(AE). In negotiis, quae in urbe venerabili nostri patrimonii nomine ventilantur, id iuris tulimus, ut, si ducentarum librarum argenti negotium quod agitur summam aestimationemque transcendit, a rationalis sententia provocantes comitivae privatarum sequantur examen. Si vero intra praestitutum modum litigii summa se cohibet, sublimi eminentiae tuae sacrum nostri numinis iudicium delegamus. DAT. VIII KAL. AVG. ROM(AE) TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

*V*

---

XI, 30, 50 (393 Apr. 4).

IDEM AAA. VICTORIO PROCONS(VLI) ASIAE. Eum, qui procuratorem suum cum appellatione ante sententiam adversum se latam ad iudicium dirigit, iudiciaria auctoritate iubemus praeiudicialis multae excipere ac sustinere iacturam. EMISSA PRID. NON. APRIL. CONSTANTI(NO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

*V*

---

XI, 30, 51 (393 Iun. 9).

IDEM AAA. APODEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ILLYRICI ET ITAL(IAE) II. Quibus causis non est provocatio respuenda, iubemus respuentem iudicem XXX librarum auri, obsecun-

---

1 illyrici et italiae] illyrici et africae *13, 5, 21: utrumque additamentum falsum est et restituendum quod est 12, 12, 12* illyrici *nude; nam per hos annos neque Italia neque Africa fuerunt sub Theodosio* ii] .... *V*a 2 auri] *scr.* auri multa

dantem officii gratiam quinquaginta esse feriendam. DAT. V ID. IVN. CONSTANTINOP(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

*V*

, 30, 52 (393 Sept. 28).

IDEM AAA. HAVE, RVFINE K(ARISSIME) N(O)B(IS). Nihil sub sacri iudicii examine de ea parte negotii debet definiri, de qua nihil in exordio aput praesidem aut institutum fuerit ac probatum. DAT. IIII KAL. OCTOB. CONSTAN(TIN)OP(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

*V*

1 habe *V* 2 aut] aut alium iudicem *expectes*

, 30, 53 (395 Mai. 16).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. ENNOIO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). POST ALIA: Libellis vel edictis factae citra consilium publicum non valeant nominationes; de quibus nec appellari necesse est, si sollemnitas deest. DAT. XVII KAL. IVN. MED(IOLANO) OLYB(RIO) ET PROBINO CONSS.

*V*. — IVST. 7, 62, 27.

1 āāā. *V* 2 ualent *Iust.* nominationes *ante* 1 libellis *Iust.* appellare *Iust.*

, 30, 54 (395 Mai. 25).

IDEM AA. ANDROMACHO P(RAEFECTO) V(RBI). Si ante annum relationi missae responsum sacra scrinia non dedissent, causae litigatoris commonitio non nocebit. Post quod, etiamsi aliqua constitutio manasse monstratur, quae venientes rei, de qua agitur, ut dudum, amissione constringit, in quo ei, quae tempus designat, nihil intellegitur detraxisse, quia nullam indulti anni nec adtigit nec sustulit mentionem. Atque ideo positum vigorem legum scitaque servabunt, si intra annum missae relationis inpatientia litigatoris eruperit, vel condicio praestituta vel poena. Transacto autem anni curriculo nemo venire prohibebitur, quominus a clementia nostra repetat oraculum, quod lex praescribta anni definitione distulit, non ademit. DAT. VIII KAL. IVN. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

*V*

1 āāā. *V* 2 post quod . . . 7 uel poena] *lex haec tota corrupta restituenda videtur esse ad hoc exemplum:* [propterea] quod etiamsi aliqua constitutio manasse monstratur, quae (que *V*) [veniendi ad comitatum litigatorum consilium improbat, ea nequaquam ita] venientes rei de qua agitur ut dudum *(significatur constitutio sublata per alteram 11, 30, 47)* amissione constringit: in quo ei quae (que *V*) tempus designat *(significatur ipsa constitutio 11, 30, 47)* nihil intellegitur detraxisse, quia [i]llam indulti anni nec attigit nec sustulit mentionem, atque ideo positum vigorem legum scitaque servabunt, [et] si intra annum missae relationis inpatientia litigatoris eruperit: [nam inpatientiae ei nulla est] vel condicio praestituta vel poena

, 30, 55 (396 [399/400] Mai. 19).

IDEM AA. MESSALAE P(RAEEECTO) P(RAETORI)O. In negotiis civilibus cum nihil sit, quod ante appellationem iudicio principali indigeat, agnitis partium allegationibus atque pensatis terminari oportet controversias, non dumtaxat consultatione differri. Neque enim fas est, quod aput infirmum disceptatorem definiendi constantiam provocantis trepidatio retardavit, litigatorem sub consultationis ambiguo iugi expectatione pendere. DAT. XIIII KAL. IVN. ARCAD(IO) IIII ET HON(ORIO) III AA. CONSS.

*V*

1 āāā. *V* 3 *scr.* non differri dumtaxat consultatione 4 prouocantis] *scr.* prouocandi 5/6 *subscriptioni obstant reliquae leges ad Messalam praefectum datae ab a. 399 incipientes*

XI, 30, 56 (396 Iul. 22).

IDEM AA. NEBRIDIO PROCONS(VLI) ASIAE. Repugnantes priscorum sententias nostra serenitas temperavit. || Si quis itaque libellos appellatorios ingesserit, sciat intra triduum post oblationem legitimam, non ex quo est sententia deprompta, appellatorem habere licentiam arbitrium commutandi, ne iustae paenitudinis humanitas amputetur. DAT. XI KAL. AVG. CONSTANT(I)NOP(OLI) ARCAD(IO) IIII ET HON(ORIO) III AA. CONSS.

|| Si quis libellos appellatorios ingesserit, sciat se habere licentiam arbitrium commutandi et suos libellos recuperandi, ne iustae paenitudinis humanitas amputetur IVST.

*V.* — IVST. 7, 62, 28.

1 āāā. *V* 7 xi] x *Iust.* *(p L)*

XI, 30, 57 (398 Iul. 27).

IDEM AA. AD EVTYCHIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. POST ALIA: Addictos supplicio et pro criminum immanitate damnatos nulli clericorum vel monachorum, eorum etiam quos synoditas vocant, per vim atque usurpationem vindicare liceat ac tenere. Quibus in causa criminali humanitatis consideratione, si tempora suffragantur, interponendae provocationis copiam non negamus, ut ibi diligentius examinetur, ubi contra hominis salutem vel errore vel gratia cognitoris obpressa putatur esse iustitia; ea condicione, ut sive pro consule, comes Orientis, Augustalis, vicarii fuerint cognitores, non tam ad clementiam nostram quam ad amplissimas potestates sciant esse referendum. Eorum enim de his plenum volumus esse iudicium, qui, si ita res est et crimen exegerit, rectius possint punire damnatos. ET CETERA. DAT. VI KAL. AVG. MNIZO HON(ORIO) A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

IVST. *vide ad l. gem.*

*V.* — GEMINA 9, 40, 16. — IVST. 1, 4, 6. 7, 62, 29.

1 āāā. *V* 9 sciant esse[ $V^2$, se $V^1$

XI, 30, 58 (399 Iun. 7).

IDEM AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Multorum querellis excitati hac lege sancimus, ut, || si quis provocatione interposita suspecti iudicis velit ⌈ vitare sententiam, in hac voce liberam habeat potestatem nec timeat contumeliam iudiciorum, cum et ab ipsa iniuria possit facile provocare, maxime cum a ˹solis tantum praefectis˺ non sine dispendio causae provocare permissum sit. Sciant igitur cuncti sibi ab iniuriis et suspectis iudicibus et ˹a˺ capitali supplicio ac
1 fortunarum dispendio provocationem esse concessam. || Quod si quis posthac iudicum appellatione emissa libellos quoque oblatos audire noluerit, viginti librarum auri dispendio multabitur; officium vero eius || nisi ˹huic˺ pertinaciter restiterit atque actis ˹ita˺ contradixerit et, quid iure sit constitutum, ostenderit, || viginti quinque libras auri largitionibus nostris inferre cogetur. DAT. VII ID. IVN. MED(IOLANO) THEODORO V. C. CONS.

IVST. 7, 62, 30
|| *inc.*
⌈ prolatam
˹solo t. praefecto praetorio˺
˹in˺
|| *fin.*

IVST. 7, 62, 21
|| ˹ei˺
˹ita˺ *om.*
|| *fin.*

*V.* — IVST. 7, 62, 21. 7, 62, 30.

1 āāā. *V* 2 quaerellis *V* 3 uitare] *V Iust.* *(N^a)*, cuitare *Iust.* *(reliqui)* 11 oblatos] *Gothofredus*, ablatos *V*: *fortasse scr.* libello quoque oblato 15 uii id. iun. *V*, u id. ian. *Iust.* *(PL)* 16 conss. *V*

30, 59 (399 Iun. 12).

IDEM AA. SIMPLICIO PRAESIDI TRIP(OLITANAE). Nullum ita credimus contumacem, ut appellationem interpositam legibus audeat recusare. Quam ob rem teneat apparitio veterem disciplinam nec a suggestionibus necessariis metu eius, cui ad tempus paret, retrahatur. XXX autem libras auri aerario nostro cogetur inferre, qui obiectam provocationem iure neglexerit et eadem officium, si coniventiam praestet iudici, poena retinebitur. DAT. PRID. ID. IVN. VERONAE THEODORO V̄. C̄. CONS.

*V*

1 āāā. *V* 5 conhibentiam *V* 6 ueronae] uerona et *V* conss. *V*

---

30, 60 (400 Iun. 1).

IDEM AA. POMPEIANO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Cum de appellationibus recipiendis necne promulgatarum legum sufficiat auctoritas atque his, qui rite ab iniusta sententia provocantes audire noluissent, sit poena proposita, poena etiam officio constituta, sive in criminalibus sive in civilibus causis fuerit iudicatum, attamen nostro etiam motu decernimus, ut veterum statuta serventur, quae nullum patimur umquam inpune violare. DAT. KAL. IVN. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

*V*

1 āāā. *V* proconsuli] ppo. *V* 3 pena prop. *V*ᵃ

---

30, 61 (400 Aug. 19).

IDEM AA. FLAVIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Quotiens vir spectabilis vicarius venerandae urbis negotium aliquod praemissa inscribtione cognoscit atque ab eius sententia fuerit provocatum, ad nostram clementiam referri decernimus. Sin vero huiusmodi examen arripuerit, in quo sine ullo legis vinculo non tam crimen obicitur quam cuiusdam criminis conflatur invidia lataque sententia appellatione suspenditur, inlustrem sedem tuam editis ex more apostolis sacra vice audientiam praebere sancimus. DAT. XIIII KAL. SEPT(EM)B. BRIXIAE STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

*V*

1 āāā. *V* 6 prebere *V*ᵃ

---

30, 62 (405 Iul. 22).

IDEM AA. ET THEOD(OSIVS) A. AD DIOTIMVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). In negotiis, quae ex appellatione descendunt, veterem consuetudinem volumus custodiri, illud addentes, ut, si quando a gentilibus vel a praefectis eorum fuisset interposita provocatio, sacrum sollemniter, hoc est proconsularis cognitionis praestoletur examen. DAT. XI KAL. AVG. RAV(ENNAE) STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS.

*V*

1 aa.] āāā. *V*

---

30, 63 (405 Dec. 19).

IDEM AAA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. In his causis, quae praesentes arbitros ex sententia vestrae magnitudinis sortiuntur, vel in ea civitate seu provincia qua degetis sive in proximis atque contiguis provinciis, lex antiqua propriam obtineat firmitatem, ut

1 aaa. *om.* *V* 2 uel] *malim* siue 3 continguis *V*ᵃ

duobus exactis mensibus dies sit ultimus temporalis et intra triginta dies reparatio postuletur. Ubi vero in longioribus ac remotis provinciis eadem litis ac dilationis ratio pensabitur, ad eorum instar, quos a rectoribus provinciarum eorumque sententiis convenit appellare, sex mensum temporalis dies, trium reparationis nomine dilatio praebeatur. DAT. XIIII KAL. IAN. CONSTA(NTI)NOP(OLI) STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS.

*V*

4 dies] *scripsi*, diei *V*

---

XI, 30, 64 (412 Oct. 15).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. IVLIANO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Non ignoramus post interpositam provocationem in causis fiscalibus antiquitus constitutum, ut viginti dies constituti intra provinciam videantur et ut sacri auditorii cognitores divinae domus negotia terminarent, ex contigua vero provincia intra quadraginta dies negotia universa discingerent. Verum serenitas nostra certum moderamen invenit. Praecipimus itaque, ut praeter hos viginti dies, quos lex augusta constituit, viginti alios iungeremus. Quorum quidem omnium haec erit forma servanda, ut, quocumque die ex adiectis viginti diebus fuerit negotium peroratum, sacri auditorii habere reverentiam iudicetur sitque ultimus, etiamsi non quadragensimus conprobatur. Quae idcirco ita custodienda sancimus, ne, si unius tantum observabitur dies, aut aegritudo iudicantis aut litigantis fuerit occupatio, recte praefinitum tempus interdum distulisse videatur. Ideoque hanc reverentiam cunctis his, qui superadditi sunt, diebus statuendam esse censuimus, ut nihil postea excusationis occurrat. Labsos enim post hoc tempus reparationem praecipimus non habere: ac ne medio tempore officii colludium differat litigantem, viginti librarum auri multam praecipimus imminere, ut, si eorum culpa atque colludio, quos suggerendi cura constringit, negotium claruerit fuisse dilatum, praescribtae multae teneantur obnoxii. Si in tot diebus utilitatibus suis non adfuerit litigator, cui adversus fiscum nostrum iurgium manet, emenso iam tempore nullius reparationis beneficium speret, solam fisco exsecutio-
1 nem superesse iam noverit. In contiguis quoque provinciis, in quibus quadraginta dies dedit antiquitas, sub simili condicione alios XXX dies iungi praecipimus, ut adiecti temporis spatium sub ea definitione custodiant et omni adiecto tempori sit dies ultimus, quocumque potuerit definiri. Emenso tamen tempore litiganti reparationem penitus iussimus inhiberi. Officium sane ad eandem multam praecipimus retineri, si eius dissimulatione actum esse constiterit, quominus negotium peroretur. DAT. ID. OCTOB. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

*V*

2/3 *malim* ut viginti diebus constituti intra provinciam sacri (*del.* videantur et ut) *cet.* 4 contingua $V^a$ 5 praecipimus] *expectes* providimus 8 habere] *fortasse* per 10 unius] unus *Gothofredus* fuerit *delendum* 17 litigatore $V^1$ 18 speret et solam *Gothofredus* 21 adeiecto tempore *V* 22 paenitus *V*

---

XI, 30, 65 (415 Aug. 28).

IDEM AA. SYMMACHO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Praescribtiones fori in principio a litigatoribus obponendas esse legum decrevit auctoritas || nec ab interlocutionibus appellandum esse duxerunt. Quod si quis id fecerit, praeiudicialem multam subire cogetur, quae priscis sanctionibus continetur. Hac igitur lege sancimus, ut appellatio litigantium intra tempus iure praescribtum suscepta nectatur annalibus et promissa relatio intra XXX dies legibus definitos ad sacra scrinia destinetur. Quam legem nisi in omnibus causis universorum iudicum et officiorum executio devota servaverit, statutum priscis sanctionibus multae modum ab his mox iubemus exculpi. DAT. V KAL. SEPTEMB. RAV(ENNAE) HONOR(IO) X ET THEOD(OSIO) VI AA. CONSS.

[margin: || *fin.* IVST.]

*V.* — IVST. 8, 35, 13.

9 x] xi *Iust.* (*Summa Per.*)

**30, 66** (419 Mart. 8).

IDEM AA. MONAXIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnes, quorum in causis sententiae iudicum appellatione suspensae sunt, vel medio tempore transegisse demonstrent vel, si non transegerunt, consultationes eorum quantocius nostris auribus intimare cogantur, ut responsa legibus conpetentia mereantur, illa videlicet lege servanda, qua cavetur neminem litigantium post interpositam appellationem intra annum ad sacrum comitatum nostrae maiestatis accedere. DAT. VIII ID. MART. CONSTA(NTI)NOP(OLI) MONAXIO ET PLINTA CONSS.

*V*

1 omnis *V* 2 appellatione] *Gothofredus*, consultatione uel appellatione *Seeck*, uel appellatione (-nes $V^{rec.}$) *V* transegisse] *scr.* transegisse se 3 eorum *delendum* 4 qua] $V^2$, que $V^1$ 5 ligantium *V*

**30, 67** (423 Mart. 30).

IDEM AA. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Si appellationem oblatam, in qua vel tuae amplitudinis vel urbanae praefecturae sacrum auditorium postulatur, iudex non susceperit vel suscepta appellatione apostolorum copiam denegaverit, ad deponendam super hac iniquitate querimoniam nec non etiam conveniendum adversarium ex prolata sententia iuxta antiquum ius anni metas habeat litigator. Vel si huiusmodi appellatio suscepta non fuerit, in qua inferiorum iudicum sacra desideratur auditio, ad haec eadem facienda sex menses habeat litigator. Si vero arbiter appellationem suscipere aut relationem dare contempserit, quattuor mensum tempora observentur. Ut his quae statuimus actitatis pareat appellator temporibus, quae de appellationibus definita noscuntur. ET CETERA. DAT. III KAL. APRIL. CONSTA(NTI)NOP(OLI) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

*V*. — IVST. 7, 62, 31.

3 copia *V* 4 quaerimoniam *V* 5 sent. prol. *Iust.*

**30, 68** (429 Febr. 25).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. CELERI SVO SAL(VTEM). In privatae rei causis praeter pensionum et conpetitionum negotia de ceteris titulis ex appellatione a rationalis iudicio proconsulem oportet cognoscere. Salva enim nostrae reverentia maiestatis ius nobis cum privatis non dedignamur esse commune. DAT. V KAL. MART. RAV(ENNAE) POST CONS. FELICIS ET TAVRI VV. CC.

*V*

1 Celeri] *proconsuli Africae* 3 proconsule *V*

## XXXI [= BREV. VIIII]. DE REPARATIONIBVS APPELLATIONVM.

*Iust.* 7, 63: de temporibus et reparationibus appellationum seu consultationum.

**31, 1** (364 Oct. 15).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si possessor in iudicio superatus provocationis auxilio se defenderit et temporibus fuerit evolutus, intra mensem tertium redintegrari sibi exhaustum postulet spatium. Id ni fecerit, dictam in eum volumus manere sententiam. Similis etiam ratio ex iudicio magistratuum esse debebit, tamen ut in eo artiores metae temporum serventur; intra XXX enim illic dies reparationem poterit adipisci, ne sententiam inpositam rerum effectus conpetens subsequatur. DAT. ID. OCTOB. VERONAE DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

*V*

XI, 31, 2 (365 Febr. 16).

IDEM AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Etsi post iteratum temporis labsum nulli reparationem praescribtio legis indulgeat, tamen his iuris beneficia subveniunt, quorum non studio aut culpa, sed aegritudo iudicis vel rei publicae interveniens negotium, ne persequerentur, obstiterit. DAT. XIIII KAL. MART. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

*V*

3 non studio aut culpa] *scr.* non desidia aut culpa *vel* studio non culpa  4 med.] mod. *V*

XI, 31, 3 (368? 370? Mart. 19).

IDEM AA. AD OLYBRIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Si in sacrae cognitionis examine audientiam necessitas publica vel aegritudo iudicis abnegaverit, intra tres menses reparatio postuletur atque in adversariorum notitiam impetrata reparatio perferatur. Ac ni utrumque intra hos tres menses fuerit effectum, sententia, quam appellator provocatione suspenderat, convalescat. Quotiens vero a magistratibus pedaneisque iudicibus dicta sententia appellatione suspenditur, super qua disceptatio non auditorii sacri, sed ordinariorum iudicum cognitione tractanda est cuique duo ad peragendum menses causarum urgentium conclusione tribuuntur, si forte sine appellatoris studio praedictus labsus inciderit, intra XXX dies reparatio postuletur. DAT. XIIII KAL. APRIL. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

*V*

3 ni] *Gothofredus*, ne *V*  4 sententiam *V*  5 a] $V^2$, *om.* $V^1$  6 disceptatione $V^1$

XI, 31, 4 (369 Iun. 19).

IDEM AA. ET GRA(TIA)NVS A. AD OLYBRIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Si qui ex iustis causis, quae divorum parentum nostrorum constitutionibus conprehensae sunt, per occupationem eius iudicis, qui est in sacro auditorio cogniturus, ad reparationis possunt beneficium pertinere, trium mensum tempus in utroque custodiant, scilicet ut priusquam id possit elabi, et redintegrent evoluta curricula et redintegrata denuntient aut certe cavillatione submota his quae statuta sunt obsecundent. DAT. XIII KAL. IVL. ALTARIPA VAL(ENTINI)ANO N. P. ET VICTORE CONSS.

*V*

3 grā nus *(sic) V*  5 et redintegrent] *scr.* aut redintegrent

XI, 31, 5 (373 [370] Aug. 15).

IDEM AAA. AD OLYBRIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). In speculis agat is, adversus quem in sacro auditorio causa reparanda est et, an intra tres menses reparationem adversarius mereatur, exploret ac statutum scitis triumphalibus diem sedulus in iudiciis litigator observet. Incumbat quoque appellatori cura, ut, si adversarius ex loco, quem habitare consuevit, forte subterfugiat, pergat cum officio publico hominique eius, quem in loco reppererit, conventionem tradat ad adversarium perferendam idque ita gestum esse curator aut magistratus rescribti publici vel actorum testificatione confirmet. Quibus impletis si is, cuius conventio curata est, iudicium obire neglexerit, ferat hanc desidiae contumaciaeque multam, ut urguens negotium ipso quoque absente dicatur diligentique iudicantis examine sententia proferatur ea, quam aequitatis ratio et iuris praescribta dictaverint. DAT. XVIII KAL. SEPT. ALTINO VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE IIII AA. CONSS.

*V*

10 examini *V*  11 *Olybrius praef. urbi cum fuerit per a. 368—370, Altinum post a. 365 Valentinianus non adiisse videatur, praecedat constitutio data a. 369, probabile est hanc esse a. 370 AA. III conss., locum autem corruptum.* Alteio *Gothofredus collata altera 10, 4, 3, sed dies non concordant*

31, 6 [= BREV. XI, 9, 1] (373 [370] Dec. 8).

IDEM AAA. AD MODESTVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Reparatis intra mensem tertium ex priore lege temporibus in notitiam hoc ipsum adversarii per denuntiationem ex more celebrandam iubemus sine dilatione perferri, scilicet ut interiectorum spatiorum dinumeratione servata ad debitum partibus iudicium revertantur. Quod si is, cui reparata sunt tempora, ultra dinumerationem crediderit differendum, lata adversus eum sententia roboretur atque in exsecutionem semel iudicata ducantur. DAT. VI ID. DEC. CONSTANTINOP(OLI) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE IIII AA. CONSS.

INTERPRETATIO. Lex ista hoc praecipit, ut, si quis videtur iniuste in causa sua victus) reparatis ante tertium mensem temporibus, quae appellationi videntur fuisse concessa, statim, hoc ipsum in adversarii sui notitiam deducere procuret et intra tempora, quae appellationi constituta sunt, de hoc ipso negotio is qui appellavit ut sibi credit conpetere, agere non moretur. Quod si facere neglexerit, sententia, quae adversus eum lata fuerat, perseveret et data executione in omnibus conpleatur.

*V.* — BREV. *(NGO[om. int.]ECPMLS).*

1 idem] impp. ualentin. et ualens *GCPML*, impp. ualentin. ualens et *(om. NO)* grat. *NOE* aaa *om. O* pfu *G*, ppm *E* 2 priori *GO* tempori *G*ª, testibus *PML* in notitiam] innocentiam *E*ᵗ*L* ipsud *L* nunciationem *S* 3 celebrandum *GM*, caelebrata *N* interlectorum *C* 3/4 denumeracione *G* 4 ad *(om. O)* debitum] ad diuitum *G*, adhibitum *E*ᵇ *Pith.* partibus] partes *G*ᵇ*S* reuertantur] *V et reliqui*, reuertatur *GO ex coniectura* 5 ultra dinumerationem (-ne *PMS*, denumeratione *NL*, denumeracionem *G*)] uel tradi numerationem *C* deferendum *NS* rententia*(sic) V*, sententiam *NG*ª 6 executione *PMLS*, excusationem (-ne *G*) *NG*ᵗ indicata *G* dicantur *S* 6/7 dat. ui (u *G*) id. dec. const. ual. *(ins.* iiii *PMG,* iii *N)* et ual. iiii (uii *C, om. GOE)* aa. *(om. O) libri: sed tam magistratus quam locus flagitant ut reponatur* III AA. 8 praecepit *NCL*, dicit *E* 9 mense *N* 10 aduersarii . . . quae *om. N* procurent *C* apellatione *L* 11 agere *om. NC* 12 que *N* inlata *G* fuerit *G* et *om. GP*ª 13 compleantur *N*, impleatur *G*

31, 7 (379 Dec. 3).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD SIBVRIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si possessor primis dicendi negotii temporibus excussus intra tres menses instaurationem non potuerit postulare ob id, quod copiam ad iudicia veniendi hostis obsaepserat, iuris beneficium eiusmodi occasione non perdat sitque depulsis perduellionibus haec prima litium rerumque reparatio, ut, cum primum adiri potuerit sacrae cognitionis auditor, cognitis causis praesidium amissae instaurationi indulgeat. DAT. III NON. DEC. TREV(IRIS) AVXONIO ET OLYBRIO CONSS.

*V*

3/4 obsaepserat] *Gothofredus*, obrepserat *V* 4 occasione] *Gothofredus*, occasionem *V* perdiuellonibus *V*

31, 8 (392 Apr. 24).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. VICTORIO PROC(ONSVLI) ASIAE. Quotienscumque in his negotiis, quibus aliqui ad curiam devocantur, primus temporum labsus inciderit, intra XXX dies sub ea definitione, qua cautum est, reparatio postuletur et petitae reparationis tenor in adversae partis notitiam perferatur. DAT. VIII KAL. MAI. CONSTANTINOP(OLI) ARCAD(IO) A. II ET RVFINO CONSS.

*V*

2 primos *V*

XI, 31, 9 (423 Mart. 30).

IMPP. HON(ORIVS) ET THEOD(OSIVS) AA. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Appellatoribus, qui praefinito tempore iudicia non observaverint, haec tempora custodienda sunt, ut, si contra arbitri definitionem fuerit appellatum labsumque provocator incurrerit, tempora priscis statuta legibus observentur: secunda reparatione, quam provocanti ab arbitro serenitas nostra concedit, in ea quidem provincia in qua iurgium ventilatur et in contigua tres menses, in ulteriore autem quattuor menses habitura; si vero sententiam iudicis provocatio obiecta suspenderit, cum sacri cognitoris tribunal appellatur, post labsum ad primam reparationem petendam tribus mensibus statuendis, si in eadem vel proxima provincia eius adversarius commoretur, quattuor vero, si in ulteriore consistet. In secunda vero reparatione, quam a iudice appellantibus serenitas nostra praestare consuevit, illi quidem, qui post labsum intra tres quattuorve menses, sicut statuimus, non poposcerit reparationem ab eo, cui sacri auditorii cognitio debetur, transacto dierum spatio designato tres alios menses indulsimus ad impetrandum allegandumque rescribtum et ad conveniendos eos, quos pulsat intentio; ita tamen, ut tam in prima quam in secunda reparatione, sicut iam diximus, causae idoneae conprobentur, hoc est aegritudo vel occupatio actuum publicorum aliaque necessitas, quam iudex aut litigator differre non potuit, vel si negotii patronus cognitis adsertionibus temporali die adesse non potuit. Clarum autem fieri volumus post secundam reparationem aliam ulterius nullo modo posse deposci et in omnibus reparationum generibus formam custodiri, quam super his dedimus, qui se, ne conveniantur, ex reparatione subtraxerint. DAT. III KAL. AP(RI)L. CONSTANTI(NO)P(OLI) ASCLEPIOD(OT)O ET MARINIANO CONSS.

---

*V*

6 contingua *V*

## XXXII. DE SECVNDO LABSV.

XI, 32, 1 (365 Sept. [?] 3).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD VOLVSIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Si culpa iudicis gemino labsu causa fuerit evoluta, iuxta divi Constantini praeceptum ipse ad redhibitionem eius aestimationis, quanto res valet, de qua iurgium est, debet adtineri. DAT. III NON. SEPT(EM)B. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

---

*V*

3 redibitionem *V* 4 *propter mensem vide ad 1, 6, 5*

## XXXIII. DE DILATIONIBVS EX CONSENSV.

XI, 33, 1 (396 Apr. 29).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HON(ORIVS) AA. AFRICANO P(RAEFECTO) V(RBI). Cognitiones omnes quotiens consensu partium differuntur, ultra duos menses differendi non habeant potestatem, ne paulatim libera dilatione concessa aetates plerumque iurgantium veternosis litibus consenescant. DAT. III KAL. MAI. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

---

*V*

## XXXIIII. DE HIS, QVI PER METVM IVDICIS NON APPELLAVERVNT.

*Iust.* 7, 67.

34, 1 (331 Aug. 1).

IMP. CONSTANTINVS A. AD VNIVERSOS PROVINCIALES. In insulam deportandi sunt cum amissione omnium facultatum, quae fisco addicendae sunt, ii, qui provocatione omissa litem reparare temptaverint contra comitum ceterorumque sententias qui vice nostra iudicaverint, firmantes se per metum appellationis omisisse auxilium. In qua re vel nostrum vel praefectorum praetorio ex nostra erit iussione iudicium. DAT. KAL. AVG.; P(RO)P(OSITA) KAL. SEPT. BASSO ET ABLAVIO CONSS.

*V*

2 hii *V* 4 omisisse] *Cuiacius*, omissae *V* 5 prefectorum *V*

34, 2 (355 Ian. 1).

IMP. CONSTANTIVS A. AD VOLVSIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si a praefecto urbi vel a proconsule fuerit dicta sententia eandemque provocatio minime fuerit subsecuta, praesidium postulare fas erit imminente iudicum metu territos se esse firmantibus. Nam quicumque necessitatis huiuscemodi laqueis beneficio meo eximi postulaverit, aut per me cognoscam aut excellentiae tuae inpertiam notionem, hac videlicet condicione, qua vicariorum sententiae, quas appellatio non suspenderit, ex divi patris mei sanctione retractantur. Cum vero consularium ac praesidum aliorumve sententiae in querimoniam deducentur, prioris legis statuta sectanda sunt, quae similiter certo terrore proposito auxilium postulantibus detulit. DAT. KAL. IAN. MED(IOLANO) ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS.

*V*

2 sententiam $V^a$ 6 apellatio $V^1$ 7 quaerimoniam *V*

## XXXV [= BREV. X]. SI PENDENTE APPELLATIONE MORS INTERVENERIT.

pendentem *N* appellationem *N*, interpellatione *E*. — *Iust.* 7, 66.

35, 1 [= BREV. XI, 10, 1] (321 [317/9] Mai. 19).

IMP. CONSTANTINVS A. AD BASSVM P(RAEFECTVM) V(RBI). POST ALIA: ⌜Consulentibus iudicibus, si debeant, cum de appellatione cognoscunt, litigatoris heredibus, qui ante labsum negotium in lite defecit, nova tempora prorogare an eos cogere intra dies reliquos etiam incognitum negotium perorare, placuit, cum de appellationibus iudicatur, altero ex litigatoribus in lite defuncto menses quattuor innovare et nova tempora prorogari⌝, ne ignorantes ⌜negotia⌝ vel etiam super

| IVST. |
|---|
| ⌜Consulentibus . . . 8/9 prorogari⌝] Si unus ex litigatoribus adhuc pendente appellatione defunctus sit, non residuum tantum temporis heredes eius habent, sed etiam alios quattuor menses. Sin autem ad deliberationem hereditatis certum tempus indulgetur, post elapsum eius idem tempus quattuor mensum numerabitur. \| ⌜negotium⌝ |

1 a *om.* *O* bassu *N* pu̅] *VPM*, publium *S*, pfu̅ *GC*, ppm̅ *NE*, ppo̅ *L*, prepositum *O* 2 post alia *om.* *N* 3 litigatores *VEL*, litigatoribus *N*, litigatorum *G* 4 elapsum *O* negotium (-us *N*) *delendum* 5 prerogare *G*, prorogarent $E^b$ an *om.* *N* inter *S* 5/6 cognitum *M* 6 perorare] prerogare *G* 7 alterum $G^a$ 7/8 defucto $V^a$ 8 mense *N* quartus *E* innouari *O* *recte* 8/9 prerogare *G*, prolongari $E^t$ 9 nec *E* ignorantis *E*

adeunda hereditate dubitantes, priusquam aliquod commodum sentiant, damnis adfici compellantur. P(RO)P(OSITA) XIIII KAL. IVN. SIRMI CRISPO II ET CONST(ANT)INO II CC. CONSS.

INTERPRETATIO. Si pendente adhuc appellatione mors intervenerit litigatoris appellantis, heredibus eius qui appellavit quattuor menses ei, cuius auctor mortuus est, ad tractandum negotium debere praestari, nec eum debere ad dicendam causam praecipitari, ne per ignorantiam litis, quam non ad integrum tractavit, damnum videatur incurrere.

---

*V.* — BREV. *(NGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 7, 66, 6.

1 adeundam hereditatem *GPMLS* aliquod comm.] aliquod quomodo *S*, alico quid quomodo $G^{t}$, aliquo modo $G^{v}$ sentiant] sententiam *N* adfigi *N*, adfligi $G^{t}$ 2 pp. (*sic VECPM*, dat. *plerique*, praecepta *S*) xiiii (*sic GOE cum coniunctis*, xiii *VNPMS*, xii *C*) k. iun. sirmi (*om. C*) crispo ii (*om. O*) et constantino (constantio *O*) ii cc (āā *CPMSE*, *om. NOE*) *libri*. *Propter subscriptionem vide ad 2, 26, 3* 3 si] lex ista hoc iubet (dicit *G*) si *GEL* pendentem a. appellationem *G* inuenerit *N* litigatores appellantes *NGE* 4 her.] e her. *E* est *om. G* 5 deberi pr. *N* dicendam] praestandam *G* praeceptari *N* 6 quam] quod $E^{b}$ incurre *G*

# XXXVI [= BREV. XI]. QVORVM APPELLATIONES NON RECIPIANTVR.

appellationis *NL* recipiuntur *O.* — *Iust.* 7, 65.

XI, 36, 1 [= BREV. XI, 11, 1] (314 vel 315 [?] Nov. 2).

IMP. CONSTANTINVS A. AD CATVLLINVM. Moratorias dilationes frustratoriasque non tam appellationes quam ludificationes admitti non convenit. Nam sicut bene appellantibus negari auxilium non oportet, ita his, contra quos merito iudicatum est, inaniter provocantibus differri bene gesta non decet. Unde cum homicidam vel adulterum vel maleficum vel veneficum, quae atrocissima facinora sunt, confessio propria vel dilucida et probatissima veritatis quaestio probationibus atque argumentis detexerit, provocationes suscipi non oportet, quas constat non refutandi spem habere quae gesta sunt, sed ea potius differre temptare. Qui de variis litibus causisque dissentiunt, nec temere nec ab articulis praeiudiciisque nec ab his, quae iuste iudicata sunt, provocare debebunt. Quod si reus in homicidii vel maleficii vel adulterii vel veneficii crimine partem pro defensione sui ex testibus quaestioneque proposita possit arripere, parte vero obrui accusarique videatur, tunc super interposita appellatione ab eodem, qui sibi magis, quae pro se faciant, testimonia prodesse debere adfirmat, quam ea, quae adversus ipsum egerint, nocere, deliberationi nostrae plenum arbitrium relinquatur. DAT. IIII NON. NOV. TREV(IRIS); ACC. XV KAL. MAI. HADRVMETI VOLVSIANO ET ANNIANO CONSS.

---

1 imp. constantinus] idem *O* catullinum] *V*, catulinum *plerique*, catolinum *NCS* dilationis *N* frustrationesque et *O*, prostatoriasquae *N* non *om. S* 3 negare *L Pith.*, denegare *G* oportet] potens *N* contra quos] *VDOE*, contra ipsos *N*, quos contra *GCPMLS* meritum $GS^{b}$ 3/4 prouocantibus] prouocantur *G* 4 deferri $NGS^{a}$ bene *om. O* decet] detet *PL*, debent *M* homicida *C* 5 uel ueneficium (-cia *G*) *om. O* qua *N* facinora] *brev.*, crimina *V* dilucida] delucida $E^{t}$, adlucida (-dam *G*) *GCPMLS*, adelucida $E^{v}$ et] *GOECPM Pith.*, ex *V*, ut *N*, uel *S*, *om. L* 6 probatissimam *G* ueritates $NG^{a}$, ueritatem $G^{b}$ probationis *N* detexerit] detecta sunt *C*, detraxerit *O* prouocationes] prouocatis *N*, prouocat*** $E^{v}$, probationes $E^{t}$ 7 quas] et quas *C* refutandi spem] refudiandis *L* 8 differre (deferre *NS*) temptare (-ri *S*)] t. d. *O* qui] $V^{1}NG^{a}ECPMLS$, quae $V^{2}G^{b}O$ litium *C* nec] ne *S* temere] timore $G^{t}$ 9 articuli *Pith.* praeiudicibus quae *G*, praeiurisque *Pith.* his] eis *G* 10 reus in] rei *G* homidii $V^{a}$, homicidiis *E* uel ad. uel mal. *O* uel ueneficii *om. O* partum *G* 11 questionique *G*, quaestione (*om.* que) *N*, quaestionemque *Pith.* prepositam *Pith.* possit *om. E* parte] *VO*, partem $NG^{a}ES$, partim $G^{b}CPML$ orrui *S* 12 uideatur *in litura V* super *om. G* interpositam *G*, inposita $VOE^{a}$, posita *Pith. (cum Paris. 4403 A)* appellacionem *G* sibi *om. O* pro se] posse *G* 13 aduersum *O* egerit *E* 14 deliberationis *NG* rel. arb. *O* 14/15 dat. iiii (iii *OE*) non. nou. treū. (triū. *NCPMS*, *om. V*), acc. xu (*om. E*) k. mai. (acc. xu k. mai. *om. VG*) hadr. (adrum̄ *C*, adrumeto *PMO*, adrometo *S*, adrometi *E*, adromiti *N*, *om. G*) uolusiano (et uol. *S*, uolosiano *N*) et anniano (aniano *NOC*, et ann. *om. MS*) *libri*. — *Propter annum vide ad 9, 40, 1*

INTERPRETATIO. In civilibus causis vel levioribus criminibus, quae legibus non tenentur inserta, appellationi constituta legibus dilatio praestanda est, et suspendenda est per appellationem sententia iudicantis. At vero homicidis, adulteris et reliquis, quos lex ista conprehendit, si convicti confessique fuerint et appellare voluerint, dilatio denegetur, sed statim in manifestis criminibus convictos iudicis est sententia proferenda aut certe de magnis criminibus et maioribus personis ad principis est notitiam deferendum.

---

*V [cum Solms.].* — BREV. *(ND[f. 219 text. ad* 646, 4 decet, *int. ad* 647, 5 proferenda*] GO[om. int.]ECPMLS).*

1 liuiores *N* 1/2 non t. i. appellationi (*C*, -ne $NG^b$ *ex em. PMLS*, -nibus *D*) c. legibus *om.* $G^a$ 2 et susp. est *om. D* per *om. N* 2/3 appellatione *L* 3 sententiam *NS* iudicantes *N* homicidiis *NGCS* adulteriis *NGC* quod *S* ista lex *L* 4 statum $G^a$ 5 conuictos] *scripsi,* conuictus *libri* iudices *N* praeferenda *L* aut] ut *S* 5/6 maioris *N* 6 notitia *NL* differendum *L*, deferenda *S*, deferendam *E*

---

36, 2 (315 Febr. 25).

IDEM A. AD VOLVSIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Qui a praeiudicio appellaverit vel ab executoribus rerum antea statutarum atque alterius auditorii praepropere iudicia poposcerit, XXX follium poena multetur, ita ut omnem causam ipse sine dilatione discingas, quippe cum et causam tuam videaris esse facturus, si per coniventiam huiusmodi appellationem admiseris. Si quas sane de omni causa interpositas esse provocationes perspexeris, in earum disceptatione observare debebis, quod iam pridem a nobis est evidentissime constitutum. P(RO)P(OSITA) V KAL. MART. ROM(AE) CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

---

*V*

4 conhibentiam *V* 7 *diem confirmat laterculus praefectorum*

---

36, 3 (320/6 [313] Apr. 26).

IDEM A. AD AELIANVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). Cum antehac lege de appellationibus data statutum sit, ne quis a praeiudicio vel ab executione interponeret provocationem neve huiusmodi appellatio ab his, qui vice nostra iudicant, admittatur, ne in perniciem plurimorum interpositis a praeiudicio appellationibus vel moratoriis quibusdam frustrationibus interiectis litigia protrahantur, tamen nunc poenam addi placuit, ut intellegant universi principalis negotii disceptatione causas suas munire debere et non ab ipsis quodammodo primae interlocutionis exordiis vel ab executionibus provocare, cum et illis, qui inpatienter ab articulo appellandum putaverint, post cognitionem totius causae liceat appellare et his, qui sero ab exsecutionibus provocant, facultas appellandi minime fuerit denegata. Si quis igitur tali usus appellatione fuerit in tuo iudicio deprehensus, ipsum quidem XXX follium poena multes, causam autem universam, eius dumtaxat, qui a praeiudicio vel ab executione temere appellaverit, sine ulla dilatione discingas, cum in nostro auditorio dari minime dilationem oporteat, interpositae appellationis tempore sufficiente litigatoribus ad perferendam instructionem plenissimam. P(RO)P(OSITA) VI KAL. MAI. KARTHAG(INE) CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

---

*V*

2 executione] $V^2$, excusatione $V^1$ 3 qui uice] quice $V^a$ 5 interiectis] teriectis $V^a$ intelligant *V* 6 disceptationes $V^b$, disceptationis $V^a$ 7 interlocutionis] interlocutio is $V^a$ 12 discinguas *V* 15 a. ui] a. ui *est 9,* *34, 2. — Propter subscriptionem vide ad 1, 12, 3. Accedit, quod poena XXX follium hac lege constituta item memoratur in altera 11, 36, 2 emissa die satis certa propter praefecti urbi mentionem Feb. 26 a. 315*

XI, 36, 4 (339 Aug. 29).

IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. AD CATVLLINVM. Oportuerat te publici instituti respectu confessione detectos legum severitate punire nec frustra vitam differentum moratorias provocationes admittere, sed delatum adulterii crimen et quaestionibus athibitis adprobatum pari sceleri immanitate damnare. Quod deinceps in huiusmodi criminibus convenit observari, ut manifestis probationibus adulterio probato frustratoria provocatio minime admittatur, cum pari similique ratione || sacrilegos nuptiarum tamquam manifestos parricidas insuere culleo vivos vel exurere iudicantem oporteat. DAT. IIII KAL. SEPT. CONSTANTIO A. II ET CONSTANTE CAES. CONSS.

|| *inc.* Sacrilegos autem nuptiarum gladio puniri oportet IVST.

*V.* — IVST. 9, 9, 29.

3 athibitis *V* 4 sceleri] *Gothofredus*, sceleris *V* 9 constante caes.] *scr.* constante ā, *si constitutio vere est a. 339*

XI, 36, 5 (341 Apr. 7).

IDEM AA. AD ALBINVM VIC(ARIVM) HISPANIAE(VM). Cum maior substantia litigii sit, a praeiudicio provocans XXX librarum argenti pondere plectatur: in minoribus etiam negotiis quindecim pondo argenti exsolvat. DAT. VII ID. APRIL. MARCELLINO ET PROBINO CONSS.

*V*

XI, 36, 6 (342 Mai. 11).

